CODICES ORIENTALES
BIBLIOTHECÆ REGIÆ HAVNIENSIS

JUSSU ET AUSPICIIS

REGIS DANIÆ AUGUSTISSIMI

CHRISTIANI OCTAVI

ENUMERATI ET DESCRIPTI.

PARS PRIOR

CODICES INDICOS CONTINENS.

HAVNIÆ.

EX OFFICINA FRATRUM BERLING.

1846.

CODICES INDICI
BIBLIOTHECÆ REGIÆ HAVNIENSIS

JUSSU ET AUSPICIIS

REGIS DANIÆ AUGUSTISSIMI

CHRISTIANI OCTAVI

ENUMERATI ET DESCRIPTI

A

N. L. WESTERGAARD.

SUBJUNGITUR INDEX CODICUM INDICORUM ET IRANICORUM BIBLIOTHECÆ UNIVERSITATIS HAVNIENSIS.

HAVNIÆ.

EX OFFICINA FRATRUM BERLING.

1846.

PRÆFATIO.

Bibliothecam regiam Havniensem, præterquam quod librorum typis impressorum numero et præstantia inter copiosissimas et splendidissimas Europæ bibliothecas merito censetur, etiam codicum manuscriptorum opes et amplas et magni pretii habere, maxime regum nostrorum munificentia, sed etiam privatorum hominum liberalitate comparatas, hominibus doctis satis notum est nec, quam multa inde multi ad litteras augendas et ornandas jam deprompserint, ignorant. Quantæ tamen eæ opes in quoque litterarum genere essent et cujusmodi et quam utilitatis spem studiosis hominibus et uti volentibus ostenderent, unde plene et singulatim cognosci etiam e longinquo et ab exteris posset, nullum adhuc exstabat opus. Quod quamquam in aliis non ignobilibus bibliothecis eodem modo aut omnino aut ex magna parte comparatum est, aliqua quidem ex parte in omnibus, tamen Rex Augustissimus **Christianus Octavus**, qui quo amore ipsas litteras, eodem splendidum hoc litterarum instrumentum amplectitur, subveniri huic incommodo facileque noscendi bibliothecæ in hoc genere copias subsidium communi omnium usui exponi voluit. Itaque quum absoluti ii labores essent, qui in libris impressis quum ad litterarum ordinem tum ad disciplinarum seriem et formam recensendis per annos non paucos positi erant, placuit regi, ut codicum manuscriptorum catalogus criticus et ad doctorum hominum usum instructus conficeretur et ederetur, ejusque rei perficiendæ cura litteris regiis (die XX mensis Novembris a. MDCCCXLI) ita demandata est *Carolo Frederico L. F. de Rumohr*, cubiculario regio clavigero, *Erico Christiano Werlauff*, regi a consiliis conferentiarum, bibliothecæ regiæ præfecto et historiæ professori ordinario Havniensi, *Justo Olshausen*, regi a consiliis status, linguarum orientalium professori ordinario Kiliensi, *Joanni N. Madvig*, philologiæ Græcæ et Latinæ professori Havniensi, ut illi et communibus consiliis totum negotium præpararent operisque partes describerent et quum ipsi in opere exsequendo elaborarent tum alios in laboris societatem vocarent. Sed *Rumohr*, amoeni et elegantis vir ingenii, quum litterarum cognitione tum vero maxime artium, quæ in fingendo et pingendo versantur, subtilissimo judicio præditus, quum consiliis de universi negotii

forma describenda, quamquam jam tum valetudine affecta erat, gnaviter tamen interfuisset, postea aucta infirmitate corporis, Lubecam se in otium transtulit, mox Dresdam profectus ibi (a. MDCCCXLIII d. XXV m. Julii) mortuus est; ita reliqui tres, quos diximus, negotii curam soli habuerunt. Quæ ab omnibus quatuor de ordine rei gerendæ constituta et regis augustissimi assensu comprobata sunt, legi possunt in *Werlauffii* libro de bibliotheca regia, iterum edito, p. 379 proximisque.

Exsequendi operis initium facere visum est a codicibus Orientalibus, quum quod in hoc genere multa et præclara et parum nota bibliotheca habet, ut, si a codicibus ad res septentrionales pertinentibus discesseris, nullo in codicum genere magis excellat, tum quod jam ante in aliqua parte codicum Orientalium, Semiticos dicimus, non pauca operi præparata erant. Cætera codicum genera nonnihilo molestiorem aut certe longioris temporis habent tractationem; nam neque codices Græci et Latini recte recenseri possunt, nisi ab eo, qui in exterorum bibliothecis, ubi major hujusmodi codicum copia est, facultatem et usum generum ætatumque æstimandarum paravit, et, qui ad omnem recentiorum populorum historiam litterasque pertinent, numero et diversitate disponere et describere conantem pæne obruunt. Sed Orientalium codicum duplex est in bibliotheca regia genus; alteri enim ad litteras Semiticas, Persicas et Turcicas pertinent, inter quos excellunt, qui *Carstani Niebuhr* opera in nobili illa per Asiam peregrinatione comparati sunt, alteri ad Indicas, quorum et plurimi et præstantissimi ab *Erasmo Rask*, viro illustrissimo, quem acerba morte amisimus, ex India advecti sunt. Et Semiticorum quidem codicum, Persicorum, Turcicorum catalogum, jam ante inchoatum, et quod ad codices Ebraicos et Arabicos attinet, ex parte elaboratum studiis *Matthiæ Haquini Hohlenberg* et *Caroli Th. Johannsen*, professorum Havniensium, quos litteris mors eripuit, absolvendum suscepit *Justus Olshausen*, unus ex iis, qui universo negotio præsunt; ad Indicorum codicum catalogum conficiendum percommode sese obtulit egregia doctrina et industria duorum virorum illis litteris deditissimorum, primum *Friderici Spiegel*, philosophiæ doctoris, Bavari, deinde *N. Ludovici Westergaard*, nostratis, linguarum Orientalium nunc apud nos professoris clarissimi, qui totam hanc partem in ordinem digerendam et absolvendam suscepit. Itaque quum ejus universi catalogi partis, quæ codices Orientales comprehenderet, duo fasciculi seorsum typis describi coepti essent, alter Semiticorum codicum cum Persicis et Turcicis, alter Indicorum, is, qui Indicos continet, quod *Westergaard* ipse præsens typothetarum operam urgere et regere poterat, prius absolutus nunc evulgatur; de quo quæ separatim præmonenda sunt, ipsius *Westergaardii* verbis exposita hanc præfationem excipiunt. Illud doctis hominibus gratum fore speramus, quod, comprobante rege augustissimo, huic catalogi fasciculo adjectus est index codicum Indicorum et Iranicorum, qui in biblio-

theca Universitatis Havniensis asservantur, Iranici quidem summæ præstantiæ, item *Erasmi Rask* opera comparati, ut, qui in hoc doctrinæ genere elaborant, uno loco plene edoceantur, quid quantumque instrumenti et præsidii Havniæ studiis eorum paratum expositumque sit.

Alter fasciculus, qui reliquos codices Orientales complectitur, ut diximus, jam diu inter manus typothetarum versatur, dabiturque opera, ut, quantum res permittet, ejus quoque editio maturetur.

Havniæ d. XII m. Novembris MDCCCXLVI.

E. C. Werlauff. ***J. Olshausen.*** ***J. N. Madvig.***

PRÆMONITUM.

Quum viri amplissimi, qui a rege augustissimo curam catalogi codicum bibliothecæ regiæ Havniensis edendi gerere jussi sunt, mihi, ut codicum Indicorum catalogum perficerem, mandassent, quod mandatum erat, in hoc libro, qui nunc in lucem editur, exequi conatus sum.

Codices Indici, quos possidet bibliotheca regia, præter Tamulicos nonnullos, omnes recentiore tempore in bibliothecam pervenerunt, eorumque plerique et optimi viro summo *Erasmo Rask* debentur, qui quum viginti quinque abhinc annos literarum et linguarum causa in India peregrinabatur, ex viaticis minutim comparsis permultos codices inprimis Pálicos et Singhalenses comparavit, quorum præstantissimos ipse ex itinere redux anno 1825, approbante augustissimo rege FREDERICO VI, bibliothecæ regiæ tradidit, quum pro magnis sumptibus sua causa factis reipublicæ aliquid retribui vellet. Cæteros, quos suo ære collegerat codices Indicos, post præmaturam ejus mortem frater *H. K. Rask*, nunc in parochia Nidlöse sacrorum minister, anno 1833 bibliothecæ summa liberalitate dedit; quo factum est ut in bibliotheca regia ea copia codicum Pálicorum et Singhalensium asservetur, qua præstantiorem aut majorem nulla fortasse bibliotheca Europæa possideat. Anno 1830 bibliotheca codices nonnullos Sanscritos, scriptura Bengalica exaratos, a viris amplissimis *B. Wolff*, prædii ampli in Selandia domino, et *J. H. Mundt*, regi a consiliis status et urbis Havniæ consule, ad quem morte fratris, *Christophori Mundt*, chirurgi legionarii in urbe Serampur, pervenerant, dono accepit. Duo codices scriptura Barmanica exarati e privata regis bibliotheca in hanc publicam translati sunt; postremo anno 1834 complures codices Tamulici, quos vir reverendus *N. S. Fuglsang* ineunte sæculo in urbe Trankebar collegerat, ab hæredibus empti in eandem pervenerunt.

In codicibus describendis trium virorum doctissimorum labore adjutus sum, qui hoc loco nominandi sunt. Primus est *Erasmus Rask*, qui in collectaneis autographis, quæ item a fratre data in hac bibliotheca asservantur, quam plurimas reliquit annotationes de codicibus, quos ipse in patriam reportaverat. Altero loco nominandus est *Fredericus Spiegel*, philosophiæ doctor, Germanus e Bavaria, qui quum hic anno 1843 studiorum causa moraretur, viris amplissimis huic negotio præpositis, quidquid de codicibus Sanscritis

et Pálicis conscripserat, sponte obtulit, et qui postea hoc anno mecum omnes illos codices iterum perscrutatus est: quapropter si quid in hac libri parte invenietur laudandum, ejus laudis non minorem partem ei adscribi volo. Tertius est vir mihi amicissimus *K. E. Möhl*, qui quum in urbe Trankebar sacrorum minister et missionarius esset, literarum et linguæ Tamulicæ ita deditus erat, ut hujus linguæ peritissimus in patriam reverteretur; is mecum omnes codices Tamulicos quum bibliothecæ regiæ tum universitatis Havniensis perlustravit, eique pæne omnia debeo, quæ de his codicibus annotata sunt.

Ut viri literarum Indicarum studiosi uno loco collecta haberent omnia, quæ ad cognoscendos codices Indicos, qui in bibliothecis Havniensibus asservantur, pertinent, rex augustissimus indicem subjungi voluit codicum bibliothecæ universitatis Havniensis; quæ bibliotheca copiam, quam possidet, codicum Indicorum et Iránicorum duobus inprimis debet viris doctissimis *Nathanaeli Wallich* et *Erasmo Rask*. Quorum prior, quamquam amplissimo apud exteros munere fungebatur, patriam tamen et universitatem, in qua nutritus erat, semper pia memoria coluit, quumque Calcuttæ horto botanico præfectus esset, egregia liberalitate Calcuttensis collegii et societatis Asiaticæ adjutus, magnam copiam librorum et codicum Indicorum universitatis nostræ gratia paravit eamque e sua librorum penu supplevit et sæpius novis donis amplificavit. Raskius quum in urbe Bombay anno 1821 morabatur, mandatu universitatis, magnam codicum Iránicorum copiam comparavit, qua hæc bibliotheca cæteras antecellit, sicut jam pridem thesauro codicum Islandicorum longe antecellebat; in ea nunc exstant codices Zändici et Pählvici, quibus neque vetustiores neque meliores in India et Persia, nedum in cæteris terris inveniantur. Raskius præterea ex India codicem Bhattanum attulit et bibliothecæ dono tradidit. Laudanda quoque est liberalitas, qua tres viri amplissimi *J. Rehling*, olim urbi Trankebar præfectus, *A. C. Teilmann*, venationum in aula magister, *M. H. Hohlenberg*, olim theologiæ professor in universitate nostra, bibliothecam octo codicibus Tamulicis majoris minorisve momenti ditarunt, qui suis locis commemorati sunt. Cæteri codices Indici incertis temporibus in bibliothecam pervenerunt.

Jam pridem notus et a doctis hominibus celebratus est regum Daniæ erga studia Orientalia favor et liberalitas summa. Ejus favoris hic liber novum documentum est; qui si a viris doctis summo hoc favore non indignus judicatus fuerit, quod volui, assecutus ero.

Havniæ d. XII m. Nov. MDCCCXLVI.

N. L. Westergaard.

ARGUMENTUM.

CODICES INDICI BIBLIOTHECÆ REGIÆ HAVNIENSIS.

CODICES INDICI ET IRANICI BIBLIOTHECÆ UNIVERSITATIS HAVNIENSIS.

CODICES SANSCRITI.

I. LIBRI RELIGIOSI.

I.

Stotra et Mantra

(olim No. 36. collect. Rask. *)

Codex valde mutilatus, ut nunc est, folia 83 palmarum, octonos digitos longa, continens, quorum priora 72 literis Telinganis exarata sunt, cætera scriptura quadam Devanágara cursiva et rudi. Folia prioris partis numeris 1-2, 8-62, 79-88, 90-94 signata sunt, unde apparet, minimum viginti duo folia desiderari in hac parte, quæ præterea in fine manca est. Folia alterius partis numeris carent; quot desint statui non potest, quum ea quoque in fine manca sit. Paginæ prioris partis senas aut quinas lineas habent, posterioris vero septenas aut octonas.

Prior pars codicis hymnos et carmina continet variorum auctorum, e variisque locis desumpta. Incipit ab hymno श्रीमत्कृष्णद्वैपायनकृतब्रह्म qui folio primo verso finitur, sequitur श्रीअणुवेदान्ते द्वितीयो ऽध्यायः Folia 8-32 continent partes quasdam *Bhagavatpuránæ* et *Varáhapuránæ* una cum hymnis duodecim, qui द्वादश स्तोत्राणि inscribuntur. Sequitur (foll. 33-48) hymnus in Váyum, वायुस्तुतिस्तोत्र, auctore ut videtur कवित्रिकुलत्रिविक्रमपण्डिताचार्य, quem excipit (foll. 49-53) hymnus सदाचारस्तुतिस्तोत्र ab आनन्दतीर्थभगवत्पादाचार्य conscriptus, et अणुमध्ववीजः auctore नारायणपण्डिताचार्य. Folia 79-81 continent carmen ब्रह्मपारस्तोत्र, quod præ se fert ad sectionem Brahmáṇḍa-puráṇæ, ब्रह्मनारदसंवाद inscriptam, pertinere. Folio 94 verso in media pagina finitur pars codicis prior in verbis देवस्य वामपार्श्वे स्थितायै स्वर्णवर्णायै...

Alteri parti similia carmina inesse videntur; quæ vero aut quot sint quum propter mutilam et mancam foliorum condicionem, tum propter difficultatem rudis scripturæ pro certo statui nequit.

*) Permulti codices, quos possidet bibliotheca Regia, ab Erasmo Rask in India comparati, partim ab ipso reduce, partim eo mortuo a fratre H. K. Rask, nunc parochiæ Nidlöse sacerdote, bibliothecæ dono dati sunt, quorum illi signo 'donat. Rask', hi signo 'collect. Rask' in hoc libro notantur. De utraque collectione confer catalogos vol. III libri 'Rasks samlede Afhandlinger' insertos, et librum C. C. Werlaufii: Historiske Efterretninger om det store kongelige Bibliothek, Hafniæ 1844. pp. 318, 356.

II.

Çítalá-stotra

(olim No. 37 collect. Rask.)

Codex folia quatuor admodum mutilata, quaternos denos digitos longa atque scrip-

tura Telingana rudi et ineleganti exarata, continens; paginæ ternas lineas habent.

Liber exigui momenti hymnum in *Çítalam* (शीतलास्तोत्र) deam variolarum, continet, quem ex titulo subscripto patet desumptum esse e sectione ईश्वरीश्वरसंवाद inscripta, pertinente ad Káçikhaṇḍam (काशिखण्ड) partem Skandhapuránæ.

III.

Viṣṇu-saḫasra-náma
(olim No. 35. collect. Rask.)

Codex mancus, ut nunc est, folia duodecim, octonos digitos longa, habens, scriptura Telingana; desideratur ultimum folium.

Continet liber mille Viṣṇuis nomina (विष्णु-सहस्र-नाम), sed hic 990 tantum inveniuntur, quorum primum est विश्व (विश्वाय नमः), et ultimum दवकीनन्द, quod in देवकीनन्द corrigendum est.

IV.

Çiva-saḫasra-náma
(olim No. 35. collect. Rask.)

Codex mancus, ut nunc est, folia tredecim, digitos octonos longa, habens, ultimis carens; scriptura Telingana est.

Liber continet mille nomina Çivæ (शिव-सहस्रनाम) quorum prima sunt भव, शिव, हर et ultima महाक्रोश, परकार्येकपण्डित; centum circiter nomina desunt.

V.

Yallájíya
(olim No. 60. collect. Rask.)

Codex chartaceus formæ maximæ, literis Telinganis exaratus, et more Europeo compactus, folia 148 continens, quorum paginæ vicenas circiter lineas habent. Codex recens anno circiter 1821 descriptus: signa enim chartariorum chartæ anglicæ impressa annos 1819 et 1820 exhibent.

Liber de justis funebribus agit et nomen ducit ab auctore Yallájya, filio Yallubhaṭṭæ (यल्लाध्वनामकौ यल्लुभट्टसुतः), qui ut videtur librum præsertim secundum regulas Bháradvájæ (भारद्वाजसूत्राणि) composuit. Liber in fine mancus est*).

VI.

Mallári-máḫátmya
(olim No. 45. collect. Rask.)

Codex duabus partibus constat, quarum prior tria tantum folia habet, octonos digitos longa et scriptura Telingana rudi exarata; altera pars continet folia 70 ejusdem longitudinis, eademque scriptura pulchre et eleganter exarata; quorum priora 58 numeris Telinganis 31-88 signata sunt, duodecim cætera numeris carent, unde apparet hanc codicis partem ab initio alii codici fuisse annexam. Parva lacuna est in folio 67, cujus pagina versa vacua relicta est. Paginæ utriusque partis septenas aut octonas lineas habent.

Prior pars trium foliorum fragmentum continet libri Sanscriti, e genere eorum, ut videtur, qui Máḫátmya inscribuntur.

Posterior codicis pars continet librum *Mallári-máḫátmya* (मल्लारि-माहात्म्य) inscriptum, quem ad Kṣetrakhaṇḍam (क्षेत्रखण्ड) partem Brahmáṇḍa-puránæ (श्रीब्रह्माण्डपुराण) pertinere e titulis subscriptis apparet. Liber viginti duobus capitibus describit victoriam, quam Çiva, apri (मार्तण्ड) corpore indutus, recusantibus pugnam cæteris diis, de Malla rege Daityarum reportavit, unde cognomen Mallári sive Mallæ hostis accepit**). Viginti

*) cfr. Wilson. Mackenzie collection. I. p. 32.

**) Liber idem esse videtur, quem Wilson nomine Malla-pura-máhátmyæ memorat. Mack. collect. I. p. 80.

duo capita hæc sunt: (numeri appositi paginas monstrant quibus finiuntur capita)

c. 1. आश्रमपीडनं fol. 32. v. l. 7.
c. 2. शक्राभिगमनं f. 34. v. l. 5.
c. 3. वैकुण्ठाभिगमनं f. 37. r. l. 6.
c. 4. कैलासवर्णनं f. 39. v. l. 7.
c. 5. चन्द्रभुवनसभावर्णनं f. 40. v. l. 8.
c. 6. शिवनृत्तवर्णनं f. 45. r. l. 6.
c. 7. श्रीशिवज्ञापनं f. 48. r. l. 7.
c. 8. श्रीशिवसैन्यवर्णनं f. 52. r. l. 2.
c. 9. दैत्यसेनानुवर्णनं f. 54. v. l. 4.
c. 10. दैत्यसैन्यवधः f. 58. r. l. 5.
c. 11. खड्गदंष्ट्रदैत्यस्य वधः f. 60. v. l. 5.
c. 12. दैत्यसैन्य उल्कामुखकुन्तलः (?) f. 64. r. l. 1.
c. 13. मणिक्रासुरयुद्धं f. 69. v. l. 8.
cc. 14 et 15 titulis carent, in his Malla narratur pacem a Çiva oblatam repudiasse bellumque parasse; c. 14 finitur f 71. r. l. 2., et c. 15. f. 73. r. l. 1.
c. 16. मल्लासुरवधः f. 76. r. l. 7.
c. 17. सदाशिवस्तुतिः f. 78. v. l. 3.
c. 18. वरदानं f. 81. v. l. 1.
c. 19. अष्टतीर्थमहास्नानवर्णनं f. 87. r. l. 2.
c. 20. षष्टितीर्थवर्णनं f. 90. r. l. 5.
c. 21. पूजाविधिनिरूपणं f. 97. r. l. 5.
c. 22. मल्लारिवाक्यं f. 100. r. l. 4.

Scriba librum verbis श्रीमार्तण्डभैरवाय नमः finivit.

VII.

Tulákáveri-mâḫátmya
(olim No. 49. collect. Rask.)

Codex 110 folia palmarum, numeris Telinganis signata et septenos denos digitos longa, continens, scriptura Telingana pulchra exaratus. Paginæ senas lineas habent. Ad calcem alienum folium invenitur nullius momenti.

Codex continet librum *Tulákáveri-máḫátmya* (तुलाकाविरिमाहात्म्य) inscriptum, quem ad Ágneyya-puránam (आग्नेय्यपुराण) pertinere et tricesimo primo capite absolvi, ex titulis inprimis capitibus primo et ultimo subscriptis apparet, dicitur enim primo loco: इति श्रीमदाग्नेय्यपुराणे द्वितीयभागे धर्मसारग्रन्थे तुलाकाविरिमाहात्म्ये अगस्त्यहरिश्चन्द्रसंवादे प्रथमो ऽध्यायः, et ultimo: इति श्रीमदाग्नेय्यपुराणे तुलाकाविरिमाहात्म्ये एकत्रिंशो ऽध्यायः। श्रीमत्कीर्तित्रायपरमेश्वराय नमः। तुलाकाविरिमाहात्म्यं समाप्तं॥ Liber igitur alius esse videtur ac quem vir clarissimus Wilson, Káveri-máḫátmya inscriptum, memorat, quem dicit capita 103 continere et maximi esse ambitus*), quamquam ejusdem argumenti uterque est.

In nostro libro Dalbhya quidem sapiens a Dharmavarmane, urbis Nićulæ rege, interrogatus, facit Agastyam Hariçćandræ regi Kurukṣetræ et Çubhakṣetræ exponentem, quid prosint lavationes in flumine Káveri sive Tulákáveri, quem usum et potestatem ad peccata luenda flumen habeat, et quæ varia miracula perfecerit.

Pleraque capita titulis carent, quæ præter primum eos habent, sunt: tertium दानप्रशंसा (fol. 10. r., l. 5), duodecimum सोमवारव्रतकथनं (fol. 44. r., l. 5), decimum quartum कार्तिकाप्रशंसा (fol. 52. r. l. 4), duoetvicesimum भद्रोद्वाहनं (fol. 80. r. l. 5), vicesimum tertium कृष्णस्य वात्सल्यत्वं (fol. 84. r. l. 5), vicesimum quartum सुभद्राकल्याणं (fol. 90. r. l. 2). Scriba librum a verbis श्रीगुरुभ्यो नमः exorsus est.

VIII.

Hálásya-máḫátmya
(olim No. 46. collect. Rask.)

Codex folia 97 palmarum, quinos denos digitos longa et numeris Telinganis signata, habens; literis Telinganis minutis sed pulchris exaratus: paginæ quaternas denas aut quinas denas lineas habent. Superficies interior utriusque tegumenti lignei picturis ornata est, quarum altera decem incorporationes quæ dicuntur (अवतार) dei Viṣṇuis, al-

*) Mackenzie collection. I. p. 67.

tera adorationem Çivæ et deæ Parvatí exhibet; exteriores superficies similibus picturis ornatæ fuerunt, nunc vero maximam partem deletæ sunt.

In codice inest liber *Hálásya-máhátmya* (हालास्यमाहात्म्य) inscriptus, qui inter multas et absurdas fabulas plura continet magni momenti ad historiam Indiæ meridianæ illustrandam *). In libro nostro Agastya sapiens exponit sexaginta quatuor miracula sive, ut vocantur, ludos (लीला) a Çiva Hálásyæ actos, quorum caput tertium brevem exhibet indicem hisce verbis

प्रथमा प्रथिता लीला वृत्रारेर्वृजिनापहा
द्वितीया सा मुनेः शापान्मुक्तिरैरावतस्य च
तृतीया सा नीपवन्यामकरोन्मधुरापुरीं
तडितकाया जननं चतुर्थी विदधाति सा
पञ्चम्यां पाण्ड्यदेवेन कृतं तत्पाणिपीडनं
षष्ठीशनृत्तं सुव्यक्तं मुनित्रस्य पतञ्जलिः
सप्तमी सा कुण्डकुक्षेर्बह्वन्नानयशान्तिदा
अन्नगर्तानदीं तस्मै दर्शयामास चाष्टमी
लीला सा नवमी सप्तसागरानयनक्षमा
दशमी त्रिदिवाद्भूमिमानयन्मलयध्वजं
उग्र इत्युग्रतनय एकादश्या तथाजनि
द्वादशी सा ददौ तस्मै वलयायुधत्रयं
त्रयोदशी करोति स्म शक्त्या सागरताडनं
चतुर्दशी वृत्रहन्तुः किरीटमभिनद्दृढं
हेमाद्रेर्हेमजातं यद्राज्ञे पञ्चदशी ददौ
व्यक्तं करोति वेदार्थं मुनिभ्यः षोडशी तु सा
राज्ञे सप्तदशी लीला किरीटार्थमदान्मणीन्
मेघैः सागरपानं च चकाराष्टादशी तु सा
मेघैरेकोनविंशत्यात्यतिवृष्टिर्निवारिता
विंशा लीला तनोति स्म विचित्रं सिद्धवैभवं
जग्राह ग्रावदन्तीक्षुमेकविंशतिलीलया
द्वाविंशल्लीलया नग्नमातंगो मरणं गतः
द्विजकन्यानुग्रहो ऽभूत् त्रयोविंशतिलीलया
व्यत्यस्तनृत्तमभवच्चतुर्विंशतिलीलया
द्विजस्य पञ्चविंशत्या वधूवधनिरूपणं
मातृजार पितृघ्नं तं षड्विंशतिरपातयत्
भटार्थं सप्तविंशत्या त्वंकं भित्त्वाजयच्छिवः
प्रशान्तमष्टाविंशत्या नग्ननागभयाविषं
एकोनत्रिंशिका लीला नग्नधेनुमपातयत्
त्रिंशिका पाण्ड्यसेनान्यं पातुं सैन्यमदर्शयत्
राज्ञे हेमनया नीवीत्येकत्रिंशिकयाजनि
द्वात्रिंशिका लीला वैश्यं कर्त्री वलयविक्रय
यक्षस्त्रीभ्यस्त्रयस्त्रिंशल्लीला सिद्धाष्टकं ददौ
चोलेन्द्राय चतुस्त्रिंशल्लीला द्वारविभेदिनी
पानीयं पाण्ड्यसेनायै सा पञ्चत्रिंशिका त्वदात्
षट्त्रिंशिका पुष्पवने रसवादमदर्शयत्
सप्तत्रिंशिकया चोलमश्वसादी हरो ऽजयत्
अष्टात्रिंशिकया चासीदृपलायाः क्षयाक्षतं
नवाधिकत्रिंशिका साकरोद्वैश्यचटोर्जयं
राज्ञश्चत्वारिंशिका तु ब्रह्महत्यार्त्तिनाशिनी
एकचत्वारिंशिकया काष्ठभारं हरो ददौ
द्विचत्वारिंशिका चेरं प्रति श्रीपत्रिकामदात्
भद्राय फलकादानं त्रिचत्वारिंशिकाकरोत्
चतुश्चत्वारिंशिका तत्कलत्राय जयप्रदा
पञ्चचत्वारिंशिका तु कोलपोतानपालयत्
षट्चत्वारिंशिका तेषां सचिवत्वं प्रयच्छति
सप्तचत्वारिंशिकया खञ्जलोहो ऽजयद्रिपून्
अष्टचत्वारिंशिका सा कोयष्टिरभिमुक्तिदा
एकोनपञ्चाशिकया पुरसीमा स्फुटीकृता
पञ्चाशिकाजयच्चोलमीशनामांकनायकैः
एकपञ्चाशिका लीला संविभ्यः संघपीठदा
द्विपञ्चाशिकया शम्भुर्विप्राय स्वां कृतिं ददौ
त्रिपञ्चाशिकया देवो नत्कीरं रक्षति स्म च
चतुःपञ्चाशिका कर्त्री तस्मै सूत्रोपदेशनं
प्रबन्धतारतम्य च पञ्चपञ्चाशिकाकरोत्
प्रापोत्तरश्रीहालास्यं षट्पञ्चाशिकया हरः
सप्तपञ्चाशिका दशकन्याकल्याणकारिणी
अष्टपञ्चाशिका दीक्षां कर्त्री बातपुरीशितुः
एकोनषष्ट्या कुरुते राज्ञे मायाश्वविक्रयं
पाटश्च नचाकूपं च करोत्येल्लसमर्वणां *)

*) cfr. Wilsonem, Transactions of the Royal Asiatic society. London, vol. III. pp. 199. sqq.

*) Leviora codicis menda tacite sustuli. graviora quæ correxi sunt: l. 2. मुक्तिरैरावतस्य — l. 6. षष्ठेश l. 7. सप्त सा ... बह्नानय — l. 9. सप्तसागरायन — l. 20. विंशल्लीला .... चिद्ध — l. 27. जयश्शिवः — l. 34. द्वार द्वारविभेदिनी — l. 35. पानियं ..... चादात् — l. 37. सप्तत्रिंशिकया लीला चोलं — l. 40. ब्रह्मगत्यार्त्ति — l. 44. तनुशत्राय. — l. 60. verba करोत्येल्लसमर्वणां nescio quomodo corrigenda sint.

एकपद्या तु चिदार्थं नृगारमत्रहाच्छिव:
द्विपद्भि: कुब्जपाण्ड्यस्य ज्वरपीडानिहारिणी
त्रिपद्या तरुमूलैश्च नग्नान् संहरतीश्वर:
चतु:पद्यो शान्तिकूपशंकरान् साक्षिणो ऽनयत् ॥

Librum ad Skandhapuránæ sectionem Agastya-samhitá inscriptam pertinere, e titulis postremis apparet, quorum ultimus habet: इति श्रीस्कन्दपुराणे अगस्त्यसंहितायां हालास्यमाहात्म्ये वसिष्ठादृषीश्वराणां काश्यां मुक्तिमण्डपे अगस्त्येन प्रोक्तं श्रीहालास्येश्वरस्य चतु:षष्टिलीलानुक्रमं नाम द्विसप्ततितमो ऽध्याय: ॥. Liber in septuaginta duo capita divisus est, quorum prima duo introductionem quandam continent, in qua Hálásya laudibus extollitur unacum symbolo signoque Çivæ, linga vocato, quod ibi adoratur. In tertio capite index inest, et in ultimo (72) epilogus quidam; cætera 68 ludos describunt, qui omnes singulis capitibus absolvuntur, præter tres, quorum unus, decimus quintus, tria capita, duo vero, primus et sexagesimus alter, bina complectuntur. Singula capita hæc sunt; numeri uncis inclusi ludos indicant:

c. 61. प्रबन्धनतारतम्यनिर्णयः (55) f. 74. r. l. 2.
c. 62. उत्तरहालास्यप्रादुर्भावः (56) f. 75. v. l. 10.
c. 63. कैवर्तकन्यापाणिग्रहणं (57) f. 76. v. l. 10.
c. 64. वातपुरेश्वरज्ञानदीक्षाकरणं (58) f. 78. v. l. 5.
c. 65. मायाश्वविक्रयः (59) fol. 81. r. l. 15.
c. 66. वेगवतीशिलाकर्षणं (60) fol. 82. v. l. 3.
c. 67. पिष्टार्थं मृद्भरणं (61) fol. 84. v. l. 11.
c. 68. बौद्धनिरसनं (62) fol. 86. v. l. 3.
c. 69. कुब्जपाण्ड्यज्वरशमनं (62) f. 89. r. l. 15.
c. 70. श्रीज्ञानसंपादेन मनूनां शूलारोहणं (63) fol. 93. r. l. 6.
c. 71. शम्भुकूपशमीवृक्षानयः (64) f. 95. r. l. 15.
c. 72. श्रीहालास्येश्वरस्य चतुःषष्टिलीलानुकथनं fol. 97. v.

Scriba cultui Çivæ deditus incipit a verbis: श्रीमीनाक्षिसुन्दरेश्वरचरणारविन्दाय नमः, librumque finivit simili adoratione: श्रीमीनाक्षिसुन्दरेश्वरार्पणमस्तु.

II. LIBRI PHILOSOPHICI ET ETHICI.

IX.

Bhagavadgítá
(olim No. 55. collect. Rask.)

Codex folia 74 palmarum habens, octonos digitos longa et numeris Telinganis signata; literis Telinganis pulchre exaratus. Paginæ senas lineas habent.

Codex continet librum notissimum *Bhagavadgítá* inscriptum, qui integer est. Per totum librum quinto cuique disticho numerus est adscriptus. Ad calcem libri addidit scriba: श्रीकृष्णार्पणमस्तु । कृतमपराधं क्षन्तुमर्हन्ति सन्तः, et versum

कृष्णं कमलपत्राक्षं पुण्यश्रवणकीर्तनं
वासुदेवं जगद्योनिं नमे नारायणं हरिं ॥

X.

Gopináthæ commentarius in Tarkabháṣam
(olim No. 50. collect. Rask.)

Codex mancus, ut nunc est, 126 folia palmarum habens, septenos denos digitos longa, quæ numeris Telinganis 2—131 signata sunt; desunt enim præter primum in medio libro quatuor folia, 23, 32, 40, 78; quum præterea ultima folia valde mutilata sint, inprimis folia numeris 129 et 131 signata, quæ parte dimidia carent, neque, quot desint folia in fine codicis, statui potest, nam aperte ad finem perductus non est, neque quot ab initio complexus sit. Folii 86 pagina versa vacua relicta est, et reliqua folia alia manu sunt exarata. Singulæ foliorum paginæ senas lineas habent.

In codice inest commentarius in *Tarkabhásam* sive logicen (तर्कभाषाटीका), quem conscripsit *Gopinátha*, gente Goghotæ oriundus et filius Bhávanáthæ, qui fuit nobilis prædii dominus quem Indi hodierni Thákur (ठाकुर) nominant. Quod tituli subscripti docent, dicunt enim aut dicere volunt: इति गोघोतकुलसंभूत महाठकुड (sive ठकुर) श्रीभावनाथसुतगोपीनाथेन विरचितायां तर्कभाषाटीकायां cætt. Gopínátham recentiore tempore vixisse quam Gaurikantham, qui etiam commentarium in Tarkabhásam, teste Wardio*), composuit,

*) W. Ward. Views of the Hindoos. ed. 4to vol. 1. p. 403. Aliter Wilson, qui dicit Gaurikhantham auctorem fuisse Tarkabhásæ cujusdam. (Mackenzie coll. vol. 1. p. 18).

inde apparet, quod hic in libro nostro (fol. 119 v. cætt.) laudatur.

Liber quinque capita complectitur, quorum argumenta tituli indicant; continet enim
primum प्रत्यक्षपरिच्छेद fol. 34. r. finitum,
secundum अनुमानपरिच्छेद fol. 67. v.
tertium उपमानपरिच्छेद fol. 69. v.
quartum शब्दपरिच्छेद fol. 86. r.
quintum पदार्थपरिच्छेद continet, titulus autem subscriptus non est, quum liber in fine mancus sit.

XI.

Ámoda.

(olim No. 42. collect. Rask.)

Codex rudi Telingana scriptura, quæ tamen ubique facile legitur, exaratus, folia palmarum 144 habens, senos denos digitos longa, numerisque Telinganis signata, ita tamen ut ultimum folium numero careat, et pænultimum eodem numero, quo quod præcedit folium, signatum sit. Singulæ paginæ plerumque senas lineas habent.

Codex continet librum, qui in ultimo folio *Ámoda-ákhya-tíká* (आमोदाख्यटीका) et *Ámoda-ákhya-vyákhyá* (आमोदाख्यव्याख्या) inscribitur. Commentarius igitur est, et quidem ut e folio tertio patere videtur, in librum *Nyáya-siddhánta-manjarí* (न्यायसिद्धान्तमञ्जरी) inscriptum, quem Wardius nominat*). Cæterum auctor, cujus nomen nobis ignotum est, junior fuit Gopínátha, qui in libro sæpius (e. gr. foll. 23, 28) laudatur.

XII.

Páṭhapradípiká et Kálayogaçástra cætt.

(olim No. 39. collect. Rask.)

Codex literis Telinganis exaratus, folia 66 palmarum, septenos digitos longa, numerisque Telinganis signata habens, quorum ultima valde a vermibus adesa sunt. Singulæ paginæ octonas lineas habent.

In codice insunt tres libelli, quorum primus est *Páthapradípiká* (पाठप्रदीपिका), folia 40 continens, quem *Svátmáráma Yogín* quidam versibus, Anustubh dictis, conscripsit de specie meditationis, quæ राजयोग appellatur, et de vitæ ratione eorum, qui ab Indis Yogines vocantur. Incipit liber ab his versibus:

प्रणम्य श्रीगुरुनाथं स्वात्मारामेण योगिना
केवलं राजयोगाय पाठविद्योपदिश्यते ।
भ्रान्त्या बहुमतध्वान्ते राजमार्गमजानतां
पाठप्रदीपिकां धत्ते स्वात्मारामः कृपाकरः ।
पाठविद्यां हि मत्स्येन्द्रगोरक्षाद्या विजानते
स्वात्मारामो ऽथवा योगी जानीते तत्प्रसादतः

In quatuor capita divisus est, quorum primum fol. 8 r. l. 2. finitur, alterum fol. 15. r. lin. ultima, tertium fol. 30. r. l. 2, et quartum, quod समाधिराजयोग inscribitur, fol. 40. r. l. 5. Cæterum e titulis posterioribus duobus capitibus subscriptis (इति सहजानन्दविरचिता माणिना (sic) स्वात्मारामयोगीन्द्रविरचितायां पाठप्रदीपिकायां तृतीयोपदेशः et इति श्रीसहजानन्दसंदचिन्तामणिना (sic) स्वात्मारामयोगीन्द्रविरचितायां पाठप्रदीपिकायां समाधिराजयोगो नाम चतुर्थोपदेशः) patere videtur, auctorem fuisse filium aut discipulum Sahajánandæ cujusdam. Libellus concluditur verbis: श्रीमीनाक्षिसुन्दरेश्वरार्पणमस्तु.

Alter libellus, primum fol. 40. r. l. ult. excipiens, continet primum caput sectionis खेचरिविद्या inscriptæ et ad librum कालयोगशास्त्र auctore Adhinátha pertinentis. Incipit libellus a verbis:

ओं नमः कपिलेशाय महादेवाय शम्भवे
विश्वतत्त्वप्रदात्रे [च] विश्वसिद्धिप्रदायिने ।
ईश्वर उवाच
अथ देवि प्रवक्ष्यामि विद्यां खेचरिसंज्ञिका

et pergit versibus, Anustubh dictis, facere Çivam deæ Umæ exponentem magicam per aerem incedendi scientiam. Finitur libellus fol. 59. verso.

*) Ward. Views of the Hindoos. vol. I. p. 403. (ed. 4te.)

Tertius libellus alia manu exaratus, continet septem foliis (60-66) fragmentum libri, quod exorditur a variis adorationibus, quæ omnes a syllabis mysticis ओं, हें, क्लं cætt. incipiunt, et ad genus librorum, qui Tantra appellantur, pertinere videtur. Ultima quæ exstant verba, sunt: त्रैलोक्यं सचराचरं । अनाहत: स स.....

XIII.

Çankara-vijaya
(olim No. 43. collect. Rask.)

Codex duabus partibus constat, quarum prior folia 50 palmarum continet, digitos undevicenos et dimidium longa, numeris Telinganis signata, et eleganti scriptura Telingana exarata; paginæ undenas aut duodenas lineas habent. Posterior pars folia 11 ejusmodi continet.

Pars prior codicis continet librum *Çankara-vijaya* sive *Çankara-digvijaya* (शंकरविजय, शंकरदिग्विजय) inscriptum, quem Anandagiris, Çankaræ discipulus, conscripsit; quod ex initio libri patet:

॥ ओं ॥

नमामि शंकराचार्यं गुरुपादसरोरुहं
यस्य प्रसादान्मूढो ऽपि सर्वज्ञो ऽहं (sic) सदास्म्यह ।
अनन्तानन्दगिरिरहनप्रातिहतशिष्य: । मम परमगुरोरवतारकथां तदुपकृतिपोपितज्ञगत्परं पराविंद cætt.

Septuaginta quatuor capitibus Anandagiris descripsit victorias, quas magister celeberrimus de hæreticis reportaverat, et systema ejus philosophicum et theologicum exposuit. Singula capita sunt:

c. 1. शास्त्रोपक्रमणप्रकरणं fol. 1. r. l. 4.
c. 2. गुर्ववतारकथाप्रकरणं fol. 2. v. l. 8.
c. 3. अद्वैतस्य रूपकथनं fol. 4. v. l. 6.
c. 4. शैवमतनिवर्हणा fol. 7. r. l. 8.
c. 5. शिवमतैकदेशनिवर्हणा fol. 10. v. l. 3.
c. 6. भक्तभागवतमतनिवर्हणा fol. 12. r. l. 8.
c. 7. वैष्णवमतनिवर्हणा fol. 13. r. l. 6.
c. 8. पञ्चरात्रनिवर्हणा fol. 13. r. l. 12.
c. 9. वैखानसनिवर्हणं fol. 16. r. l. 4.
c. 10. कर्महीनवैष्णवमतनिवर्हणं fol. 16. v. l. 5.
c. 11. हैरण्यगर्भमतनिवर्हणं fol. 18. r. l. 4.
c. 12. अग्निवादिमतनिवर्हणं fol. 18. v. l. 4.
c. 13. सौरमतनिवर्हणं fol. 20. r. l. 1.
c. 14. गुरुस्तुति: fol. 20. v. l. 1.
c. 15. महागणपतिमतनिवर्हणं fol. 21. r. l. 11.
c. 16. गणपत्येकदेशमतनिवर्हणं fol. 22. r. l. 2.
c. 17. गणपतिमध्य उच्छिष्टगणपतिमतनिवर्हणं fol. 22. v. l. 11.
c. 18. गणपतिमतत्रयनिवर्हणं fol. 23. r. l. 6.
c. 19. शक्तिमतनिवर्हणं fol. 23. v. l. 12.
c. 20. शक्तिमतैकदेशनिवर्हणं fol. 24. r. l. 12.
c. 21. शक्तिमतैकदेशनिवर्हणं fol. 25. r. l. 2.
c. 22. शक्तिमतैकदेशिकं तृतयनिवर्हणं (sic) fol. 25. v. l. 7.
c. 23. कपालिकैकमतनिवर्हणं fol. 26. v. l. 6.
c. 24. कपालिकैकदेशिकमतनिवर्हणं f. 27. r. l. 5.
c. 25. चार्वाकनिवर्हणं fol. 27. v. l. 7.
c. 26. सौगतमतनिवर्हणं fol. 28. r. l. 7.
c. 27. जैनमतनिवर्हणं fol. 29. r. l. 2.
c. 28. बौद्धमतनिवर्हणं fol. 29. r. l. 11.
c. 29. मल्लारिमतनिवर्हणं fol. 30. r. l. 2.
c. 30. विष्वक्सेनमतनिवर्हणं fol. 30. r. l. 11.
c. 31. मन्मथमतप्रवर्तमानसिद्धान्तनिवर्हणं fol. 30. v. l. 11.
c. 32. कुवेरमतनिवर्हणं fol. 31. v. l. 1.
c. 33. इन्द्रमतनिवर्हणं fol. 32. r. l. 11.
c. 34. यममतनिवर्हणं fol. 33. v. l. 5.
c. 35. अरुणवायुभूम्युदकमतनिवर्हणं fol. 34. r. l. 5.
c. 36. शून्यमतनिवर्हणं fol. 34. v. l. 3.
c. 37. वराहमतनिवर्हणं fol. 35. r. l. 1.
c. 38. लोकमतनिवर्हणं fol. 35. r. l. 4.
c. 39. गुणमतनिवर्हणं fol. 35. r. l. 8.
c. 40. सांख्यमतनिवर्हणं fol. 35. v. l. 7.
c. 41. योगमतनिवर्हणं fol. 36. v. l. 6.
c. 42. पीलुमतनिवर्हणं fol. 36. v. l. 12.
c. 43. कर्ममतनिवर्हणं fol. 37. v. l. 2.
c. 44. चन्द्रमतनिवर्हणं fol. 37. v. l. 8.
c. 45. भीमादिब्रह्मपञ्चकस्वार्थाद्रागमतस्य निवर्हणं f. 38. r. l. 9.

c. 46. क्षपणकमतनिवर्हणं fol. 39. v. l. 7.
c. 47. पतृमतनिवर्हणं fol. 40. r. l. 9.
c. 48. शेपगुणमतनिवर्हणं fol. 40. v. l. 1.
c. 49. सिद्धमतनिवर्हणं fol. 40. v. l. 11.
c. 50. गन्धर्वमतनिवर्हणं fol. 41. r. l. 3.
c. 51. भूतभितागमतनिवर्हणं (sic.) fol. 41. r. l. 9.
c. 52. व्यासदर्शनं नाम प्रकरणं fol. 42. r. l. 8.
c. 53. ब्रह्मदेववचनं नाम प्रकरणं f. 42. r. l. 11.
c. 54. व्यासदत्तायाः प्रपञ्चं नाम प्रकरणं fol. 42. v. l. 1.
c. 55. भट्टदर्शनं नाम प्रकरणं fol. 43. r. l. 1.
c. 56. मण्डनमिश्रजयाभिधानं प्रकरणं f. 43. v. l. 9.
c. 57. सरसावण्यासह्वयतीप्रसंगप्रपञ्चः (sic.) fol. 44. r. l. 1.
c. 58. देहान्तसंचारविदितकृतकामशास्त्रप्रपञ्चः fol. 44. r. l. 9.
c. 59. शिष्यागमन fol. 44. v. l. 3.
c. 60. नृसिंहसाक्षात्कारं fol. 44. v. l. 6.
c. 61. सरस्वतीजयः fol. 44. v. l. 8.
c. 62. गुरोः सरस्वाण्याश्च (sic.) शृंगगिरिनिवासः fol. 45. r. l. 2.
c. 63. काञ्चिनगरनिर्माणं fol. 45. v. l. 5.
c. 64. समाक्षिप्रपञ्चं प्रकरणं fol. 45. v. l. 10.
c. 65. श्रीचक्रप्रतिष्ठायोगलिंगस्थापनप्रकरणं f. 46. r. l. 4.
c. 66. मोक्षमार्गप्रकाशः fol. 47. r. l. 12.
c. 67. शैवमतस्थापनं fol. 47. v. l. 12.
c. 68. वैष्णवमतस्थापनं fol. 48. r. l. 8.
c. 69. सौरमतस्थापनं fol. 48. v. l. 1.
c. 70. शक्तिमतस्थापनं fol. 48. v. l. 7.
c. 71. गाणपत्यमतस्थापनं fol. 49. r. l. 2.
c. 72. पालिकमतस्थापनं fol. 49. r. l. 7.
c. 73. गुरुस्तुतिः fol. 50. r. l. 1.
c. 74. सच्चिदानन्दैक्यं fol. 50. r. l. 6.

Liber finitur (fol. 50. r.) in versu:

यच्चतुःसप्ततितमैः प्रकरणैः प्रशोभितं
गुरुदिग्विजयं नाम शास्त्रं जयतु भूतले

Ad calcem libri addidit scriba versum:

श्रीशंकराचार्यगुरोरमुं स्तवं
समस्तपापौघविनाशहेतुकं ।
पुमान् प्रयत्नेन पठत्यतन्द्रितः
स याति शीघ्रं गुरुधाम मुक्तिदं ॥

Folium 50 versum continet partem posteriorem capitis 46, et partem aliquam alius capitis, quod 47 non est.

Folia alterius partis, binis numeris signata sunt, quum 11-20, tum 29-36 et 40-41, et continent ejusdem libri capita 6-16, quorum primum initio caret, et ultimum ad finem non est perductum.

XIV.

Vyása-çataka
(olim No. 15. collect. Rask.)

Codex folia 23 palmarum habens, digitos ternos denos et dimidium longa, literis Singhalensibus क-ख loco numerorum signata, et scriptura Singhalensi exarata; paginæ septenas aut octonas lineas habent.

In codice inest liber *Vyásaçataka*, (व्यासशतक), cujus titulus Singhalensis et in tegumento codicis et in catalogo Raskii scriptus est *Vyásakaraya*. Continet centum sententias ethicas, quæ Vyásæ viro sapienti tribuuntur, interpretatione et explicatione Singhalensi instructas. Scriptor fidei Buddhicæ deditus fuisse videtur; incipit enim a verbis:

नमश्शाक्यसिंहाय ॥
अज्ञानतिमिरान्धानां विभ्रान्तानां कुदृष्टिभिः
ज्ञानाञ्जनशलाकाभिर्व्यासेनोन्मीलितं जगत् ॥

Ultima sententia ita scribitur:

शतेषु जायते शूरः सहस्रेषु च पण्डितः
वक्ता शतसहस्रेषु दाता भवति दुर्लभः

Liber enim noster mendosissime exaratus est, ut plerique codices Sanscriti in insula Taprobane descripti.

XV.

Vyásaçataka
(olim. No. 15. collect. Rask.)

Codex folia 18 palmarum continens, numeris Europæis signata, undevicenos digitos

longa, et rudi scriptura Singhalensi exarata. Paginæ senas lineas habent.

Codex continet eundem librum *Vyása-çatakam*, æque mendose exaratum, cum eadem interpretatione Singhalensi.

XVI.

Námáṣṭaka

(olim No. 23. collect. Rask.)

Codex quatuor folia palmarum habens, undevicenos digitos longa, numeris Europæis signata et scriptura Singhalensi exarata; paginæ senas lineas habent.

In codice inest liber, qui in titulo subscripto *Námáṣṭaka* (नामाष्टकं समाप्तं) inscribitur, et qui continet carmen in laudem et honorem Buddhæ compositum, cum interpretatione Singhalensi. Prima verba sunt:

नमो बुद्धाय ॥

संबुद्धं पुण्डरीकाक्षं सर्वज्ञं करुणास्पदं

समन्तभद्रं शास्तारं शाक्यसिंहं (sic) नमाम्यहं

Annotavit Raskius, auctorem fuisse Saranankara-Sangharájam i. e. Saranankaram sacerdotum principem, in urbe Candy degentem. Singhalensis titulus libri est Námástakaya.

XVII.

Buddhaçataka

(olim No. 14. chart. collect. Rask.)

Codex chartaceus formæ quaternariæ, more Europæo compactus, folia 107 continens, quorum paginæ senas denas lineas habent. Scriptura Singhalensi anno circiter 1819 descriptus, qui annus in signo chartarii chartæ anglicæ impresso exstat.

In codice inest liber *Buddhaçataka* (बुद्धशतक) inscriptus, quo centum ethicæ Buddhæ sententiæ continentur, cum interpretatione Singhalensi. Nomen interpretis exhibet ultimus versus:

तीर्थत्रानपवेष्त्रतस्तृपिटकाधरस्य भूपान्वया-

चार्यस्येह गुनीश्वरस्य सुगिरिश्रीराहुलस्वामिनः

शिष्यो यो वरनस्य नंगलगुनिर्धीमा स्वया भाषया

कारुण्येन मुनीन्द्रभक्तिशतकव्याख्यानमाख्यातवान् ॥.

Ut cæteri ejusmodi libri valde mendose descriptus est.

III. LIBRI POETICI.

XVIII.

Raghuvança

(olim sine numero.)

Codex folia 43 chartæ Bengalicæ habens, ternos denos digitos longa, numeris Bengalicis 1-42 signata, duo enim ultima eundem numerum 42 exhibent. Scriptura Bengalica exaratus. Paginæ quinas lineas habent, circum quas notæ breviores iisdem literis scriptæ sunt.

Codex continet sex priores libros carminis *Raghuvançæ* (रघुवंश) auctore Kálidása; cum editione a Stenzlero curata plerumque congruit. Libri finiuntur:

1. fol. 8. r. l. 4. (वशिष्ठाधिगमनं inscribitur).
2. fol. 15. r. l. 1. (वरप्रदानं)
3. fol. 22. r. l. 2. (आश्रमप्रवेशः)
4. fol. 28. r. l. 5. (दिग्विजयः; versus 54 et 56 omissi sunt.)
5. fol. 36. r. l. 1. (स्वयंवराभिगमनं; post versum 47 alius additur.)
6. fol. 43. v. l. 4. (स्वयंवरः)

XIX.

Ṙtusanḩára
(olim sine numero.)

Codex folia 19 chartæ Bengalicæ habens, senos denos digitos longa et rudi Bengalica scriptura exarata. Paginæ quaternas lineas habent, præter utramque folii 18 et paginam folii 19 rectam, quibus quinæ sunt.

Continetur codice carmen *Ṙtusanḩára* (ऋतुसंहार) inscriptum, auctore Kálidása. Ab editione Bohleniana non raro differunt quum singula verba, tum ordo versuum. Prima sectio निदाघवर्णना inscribitur; in altera (वर्षावर्णना) versus 19 deest, 20 et 21 transpositi sunt. Tertia sectio versus 26 tantummodo habet, quum duobus 23 et 24 careat; versus 25 (दिवसकर°) præterea ante 22 (शरदि कुमुद°) invenitur. Sexta sectio (वसन्तवर्णना) caret versibus 27 et 31; ante ultimum autem versus inseritur, quem a छायां जनः incipientem Bohlen in notis p. 147 exhibet; cúlpæ vero scribæ tribuendum est, quod duo posteriores lineæ versus 26 et priores duo versus 28 desunt.

XX.

Çrutabodha, Kávyaćandriká, Padánkadúta
(olim sine numero.)

Codex duabus partibus, eadem manu scriptura Bengalica exaratis, constat, quarum folia chartæ Bengalicæ duodenos digitos longa sunt.

Prior pars continet quatuor foliis carmen de re metrica *Çrutabodha* inscriptum, auctore Kálidása (श्रीमन्महोपाध्यायकालिदासकृतश्रुतबोधः समाप्तः), quod versibus 39 absolvitur.

In altera parte, quæ tredecim folia continet, duo insunt libelli, quorum prior est *Kávya-ćandriká* auctore Nyáya-vágíça (श्रीमन्महोपाध्यायश्रीन्यायवागीशभट्टाचार्यविरचिता काव्यचन्द्रिका), quem, fol. 9. r. l. 3. finitum, excipit alter *Kṙṣṇa-padánka-dúta* (श्रीकृष्णपदांकदूतकाव्यं) inscriptum, qui 44 versibus absolvitur.

XXI.

Çṙngáratilaka et Meghadúta
(olim sine numero.)

Codex duabus partibus constat, quarum folia, chartæ anglicæ annum 1826 signo chartarii impressum exhibentis, duodenos digitos longa et scriptura Bengalica eadem manu exarata sunt.

Altera pars continet tribus foliis carmen, *Çṙngara-tilaka* (शृंगारतिलक) inscriptum, auctore Kálidása, quod versibus 23 absolvitur.

Altera pars continet tredecim foliis ejusdem poetæ carmen notissimum *Meghadúta* inscriptum, quod in codice nostro 117 versibus absolvitur.

XXII.

Mallináthæ commentarius
(olim No. 40. collect. Rask.)

Codex duabus partibus constat, quarum prior folia 33 palmarum habet, septenos digitos longa et literis Telinganis exarata; folia numeris Telinganis 1-32 signata, duo enim eundem numerum 12 exhibent; paginæ senas aut septenas lineas habent. Altera pars tredecim ejusmodi foliis (1-13) constat.

Codex continet duas priores partes commentarii (मेघसंदेशव्याख्या), quem Mallinátha in carmen Kálidásæ, *Meghadúta* dictum, composuit. Prior pars finitur disticho 65 editionis Wilsonianæ, quod in nostro codice 67 est, quum duobus plus habeat. Posterior pars in disticho 73 apud Wilsonem finitur. Liber igitur mancus est.

XXIII.

Çákuntala
(olim No. 57. collect. Rask.)

Codex chartaceus formæ maximæ, more Europæo compactus, constat 69 paginis, quæ vicenas lineas habent. Scriptura Telingana anno circiter 1819 exaratus, quem annum signum chartarii chartæ anglicæ impressum exhibet.

Codex continet partem dramatis Kálidásæ, *Çákuntala* dicti, et omnibus satis noti. Plerumque cum editione Böhtlingkiana congruit, desinit vero in verbis sexti actus, quæ pag. 81. l. 19. ed. Böhtl. exstant.

XXIV.

Fragmentum dramatis
(olim No. 58. collect. Rask.)

Codex chartaceus formæ maximæ more Europæo compactus, folia 61 continens, numeris Telinganis signata. Scriptura Telingana neque pulchre neque accurate descriptus est post annum 1812, qui annus in signo chartarii chartæ anglicæ impresso exstat. Paginæ plerumque septenas denas lineas habent.

Codex continet fragmentum dramatis, cujus vero neque nomen, neque auctor indicatur. Drama in festo Çivayátrá dicto agendum, et in honorem Guṇárámæ cujusdam conscriptum esse videtur. Codex continet tantummodo prologum, quinque priores actus et partem sexti, finitur fol. 61. v. in verbis: स्वयमक्षनाना नन्वेप राक्षसपतेः कुपितः कुमारः ॥ सीता ॥.

XXV.

Bhoja-rája-prabandha
(olim No. 56. collect. Rask.)

Codex chartaceus formæ maximæ more Europæo compactus, folia 36 continens, quorum paginæ septenas denas lineas habent. Scriptura Telingana exaratus est post annum 1801, quum hic annus in signo chartarii chartæ anglicæ impresso exhibeatur. Fuit olim Bráhmanæ cujusdam nomine Wencataramaniah, ut ipse Anglice in libro annotavit.

Codice continetur liber *Bhoja-rája-prabandha* (भोजराजप्रबन्ध) inscriptus, qui vitam Bhojæ, regis Dháræ, narrat et poetas aulam regiam frequenter adeuntes describit. In fine mancus est; ultima quæ leguntur sunt: इति भापमाणः पञ्चपट्पदानि संमुखो गच्छति ॥ ततः समीपसभादुद्धिताः (sic) सर्वे सभासदश्च चमित्कृताः (sic). Incipit scriba a verbis श्रीरामाय नमः

XXVI.

Nava-ratna
(olim No. 26. collect. Rask.)

Codex folia 6 palmarum habens, undenos digitos longa, numeris Singhalensibus क-कू signata, eademque scriptura exarata. Paginæ septenas lineas habent.

Codex continet librum exigui momenti, qui, ipse titulo carens, in tegumento ligneo *Navaratna* inscribitur, qui titulus sine dubio sumptus est e versibus, a quibus liber incipit, quorum primus jam dudum notus *) hic ita scribitur:

धन्वन्तरिक्षपणकामरसिंहश्यंकु-
वेतालभट्टघटकर्परकालिदासः
ख्याती वराहमिहिरो नेर्पतिक्षभावं
रत्नानि वै वररुचिर्णव विक्रमस्यात्

Singuli versus interpretatione Singhalensi instructi sunt.

XXVII.

Bhaṭṭikávya
(olim sine numero.)

Codex duabus partibus constat, quarum prior folia 72 habet chartæ Bengalicæ, ternos

*) Wilson. Sanscrit Dictionary. ed. prima. præf. p. 6.

denos digitos longa, et pulchra scriptura Bengalica exarata; paginæ quaternas lineas habent, circum quas in margine notæ breves adscriptæ sunt literis Bengalicis tam minutis, ut interdum vix legi possint; quæ notæ in medio libro rariores, tandem desinunt fol. 51.

Hæc codicis pars continet novem priores libros poematis *Bhaṭṭikávyæ;* codex noster interdum ab editione Calcuttensi differt.

Altera pars codicis quatuor foliis chartæ Bengalicæ constat, digitos undenos et dimidium longis, scriptura Bengalica exaratis, et continet priorem primi Bhaṭṭikávyæ libri partem, quæ in verbis distichi 23 ऋध्यन् कुलं धक्ष्यति चित्र .... desinit.

Præterea insunt quinque alia folia rudibus literis Bengalicis exarata et nullius momenti.

IV. LIBRI ARGUMEMTI VARII.

XXVIII.

Amara-sinḫa
(olim No. 5. collect. Rask.)

Codex folia 54 palmarum habens, duodevicenos digitos longa, et literis क-वृ Singhalensibus signata, eademque scriptura exarata. Paginæ septenas lineas habent.

In codice inest vocabularium notissimum, *Amara-koṣa* (अमरकोष) inscriptum, ab *Amara-sinḫa* compositum.

XXIX.

Laghu-Kaumudí
(olim No. 59. collect. Rask.)

Codex chartaceus, formæ maximæ, more Europæo compactus, paginæ 88 constat, quæ numeris Telinganis signatæ, senas vicenas lineas habent. Scriptura Telingana exaratus est post annum 1818, quum hic annus in signo chartarii chartæ anglicæ impresso exstet.

Continet librum *Laghu-Kaumudí* sive *Laghu-siddhánta-kaumudí* (लघुकौमुदी, लघुसिद्धान्तकौमुदी) inscriptum, sive perbrevem linguæ Sanscritæ grammaticam, quam ad systema Vopadevæ couscripsisse *Varadarájam*, e versu ad calcem libri addito patet:

शास्त्रान्तरे प्रविष्टानां बालानामुपकारका
कृता वरदराजेन लघुसिद्धान्तकौमुदी ॥

Codex noster cum editione Calcuttensi non semper congruit; addit præterea post ultimum editionis caput, स्त्रीप्रत्ययाः dictum, aliud perbreve द्विरुक्तप्रक्रिया inscriptum, quod totum in pagina 87 continetur. Preces et adorationes variæ ultimam codicis paginam occupant.

XXX.

Vṙttaratnákara
(olim No. 8. collect. Rask.)

Codex folia 13 palmarum continet, quinos denos digitos longa, literis Singhalensibus क-की signata, eademque scriptura exarata. Paginæ plerumque novenas lineas habent.

Continet sectionem वृत्तालंकाराध्याय inscriptam libri prosodici Vṙttaratnákara (वृत्तरत्नाकर) dicti, auctore Kedárabhatta (केदारभट्ट), cum interpretatione Singhalensi. Nescio an hæ lineæ Palicæ ad calcem libri adscriptæ nomen interpretis exhibeant:

ठनाख्ये परमम्हि गामे जातो दयासीलगुणेहि युत्तो यो आमो मेधंकरो सामनेरो तस्स मंजन्तु इदं विञ्ञू

Liber pertinere videtur ad aliud opus Kavikhaṇḍa inscriptum, quo nomine codex in catalogo Raskii indicatur.

XXXI.

Kávyadarça

(olim No. 27. collect. Rask.)

Codex mancus, ut nunc est, folia 40 palmarum continet, undevicenos digitos longa et numeris Europæis 1-16, 30-53 signata, unde apparet, tredecim deesse folia. Scriptura Singhalensi exaratæ paginæ denas lineas habent.

In codice inest liber rhetoricus *Kávyadarça* (काव्यदर्श) inscriptus, quem versibus Anustubh dictis Daṇḍin*) (दण्डिन्) composuit. Liber Singhalensi interpretatione instructus, in tres sectiones divisus est, quarum prima in foliis, quæ desunt, finiebatur, altera (अलंकारविभाग) f. 36. r. l. 3. finitur, tertiaque दुष्करविभाग inscribitur.

Liber inscribitur *Daṇḍiyálankára-sanné* in catalogo Raskii, qui annotavit, eum in insula Taprobane integrum non inveniri, atque duos libros, alterum Palicum *Subodhálankáro*, alterum Singhalensem *Subhásálankaraya*, ex eo argumentum hausisse.

XXXII.

Mitákṣara

(olim No. 41. collect. Rask.)

Codex folia 69 palmarum continens, septenos digitos longa, et scriptura Telingana exarata; paginæ senas lineas habent.

Continetur pars commentarii *Mitákṣaræ* (मिताक्षर), quem in codicem legum Yájnavalkyæ conscripsit *Vijnáneçvara* (श्रीमत्पद्मनाभभट्टोपाध्यायश्रीमत्परमहंसपरिव्राजक विज्ञानेश्वर भट्टारक). Codex noster a verbis तिथिप्रभृतीनां व्याख्यानमेव चतुराश्रमांश ... (fol. 51. v. l. 13. editionis Calcuttensis) incipiens, reliquam continet partem sectionis secundæ *Vyávahára-khaṇḍa* (व्यवहारखण्ड) inscriptæ.

*) cfr. Wilson. Hindu Theatre. I. p. XXII.

XXXIII.

Nakṣatra-çástra

(olim No. 34. collect. Rask.)

Codex mancus, ut nunc est, folia 10 palmarum continens, duoetvicenos digitos longa, numeris Europæis signata et scriptura Singhalensi exarata; paginæ octonas aut novenas lineas habent.

Codex continet libellum astronomicum et astrologicum ignoti auctoris, cum interpretatione Singhalensi.

XXXIV.

Yogaçataka

(olim No. 26. collect. Rask.)

Codex folia 26 palmarum continens, quinos denos digitos longa, numeris Europæis signata et scriptura Singhalensi exarata; paginæ septenas aut octonas lineas habent.

Codice continetur libellus metricus de re medica, *Yogaçataka* (योगशतक) inscriptus, cum interpretatione Singhalensi. Codex recens anno circiter 1820 descriptus.

XXXV.

Sermones Sanscriti

(olim No. 18. chart. collect. Rask.)

Codex continens folia sex chartæ Indicæ, formæ maximæ; literis Telinganis exaratus. Una pagina (fol. 4. v.) vacua est. Insunt tres sermones, (संवाद) lingua Sanscrita conscripti, exigui momenti.

CODICES PALICI.

I. LIBRI SACRI CUM COMMENTARIIS.

A. Vinayapiṭako
(1–3.)

I.

Pariváro

(olim No. 1. donat. Rask.)

Codex folia 138 palmarum continens, vicenos binos digitos longa; primum numero caret, cætera literis Singhalensibus क-ङ्ख signata. Pulchra scriptura Singhalensi exaratus. Paginæ novenas lineas habent.

Codex chartaceus, chartæ Indicæ, foliis 187 constat, digitos novenos longis, quorum paginæ, pulchra scriptura Devanágara exaratæ, undenas lineas habent. Codici duo aliena folia præponuntur.

Codice continetur carmen epicum, a *Mukteçvara-kavi* ut videtur compositum, quod septendecim sectionibus (प्रसंग sive अध्याय) constat. Poeta argumentum e secundo libro *(Sabháparva)* carminis Sanscriti Maḥábháratæ sumpsit.

III.

Viráṭ-parva
(No. XXVI. chart.; olim No. 6. chart. collect. Rask.)

Codex chartaceus, chartæ Indicæ, folia 192 continens, digitos duodenos et dimidium longa, quorum paginæ, pulchra scriptura Devanágara exaratæ, plerumque duodenas lineas habent.

In codice inest carmen epicum, in quadraginta sectiones divisum, cujus argumentum e libro quarto (*Viráṭparva*) carminis Maḥábháratæ sumptum est.

2. Codices Gujarátici.

I. II.

Duo volumina parva, rudi scriptura cursiva exarata, quæ epistolas nonnullas nullius momenti continent.

V. CODICES JAVANICUS, BATTANUS ET BARMANICI.

1. Codex Javanicus.

Codex folia 60 palmarum continens, duodenos digitos longa; paginæ quaternas lineas habent. In codice inest liber Javanicus mihi prorsus ignotus.

2. Codex Bhattanus.

(No. XXVII. chartac.)

Codex chartaceus, chartæ Europææ, constat 34 foliis duplicatis et more Bhatanorum conglutinatis, ut evoluta unum longum folium efficiant, cujus interior superficies scriptura Bhattana exarata est. Paginæ digitos septenos latæ, plerumque vicenas singulas lineas habent.

Liber, qui codice nostro continetur, descriptus esse videtur e codice, qui in bibliotheca universitatis Havniensis asservatur.

3. Codices Barmanici.

Bini codicilli Barmanici chartacei, literis Barmanicis maximam partem deletis exarati, quorum alteri e privata regis bibliotheca, alteri e collectione Raskii (olim No. 40 chart.) in bibliothecam regiam pervenerunt.

APPENDIX.

Collectanea Europæorum de lingvis et literis Indicis

maximam partem Danica lingua composita.

1. Raskii Udsigt over den Iranske, Indiske og Malebariske Sprogstamme ɔ: dissertatio de classibus linguarum Iranicarum, Indicarum, Malebaricarum. (No. *120. MSS. Raskii).
2. Ejusdem Indo-roman Orthography ɔ: dissertatio de alphabeto Romano Indicis substituendo. (No. 84. M. R.)
3. Ejd. Notæ variæ de eadem re. (No. 122. M. R.)
4. Fuglsangii alphabeta varia Indica.
5. Raskii Excerpta de literis Indicis. (No. 119. M. R.)
6. Ejd. Excerpta de mythologia et archæologia Indica. (No. 121. M. R.)
7. Fuglsangii Excerpta de mythologia Indica.
8. Ejd. Beskrivelse over Káma, Indiens Elskovsgud (ɔ: descriptio dei Kámæ) Trankebar 1800. 4to cum XII picturis coloratis.
9. Ejd. idem liber sine picturis.

---

10. Raskii collectanea ad grammaticam Sanscritam. (No. 61. M. R.)
11. Ejd. collectanea ad lexicon Sanscrito-danicum. (No. 63, 64, 66. M. R.)
12. Ejd. collectanea ad lexicon Danico-Sanscritum. (No. 67. M. R.)
13. Ejd. collectanea ad bibliothecam Sanscritam. (No. 62. M. R.)
14. Ejd. fragmenta e libris Sanscritis descripta. (No. 68. M. R.)
15. Fragmentum Anglicæ interpretationis Manuis legum codicis. (e codd. Fuglsangii.)
16. Bháskara-áćáryæ Siddhánta - çiromaṇis interpretatio Anglica. (e codd. Fuglsangii.)

---

17. Raskii collectanea ad grammaticam Pálicam. (No. 77. M. R.)
18. Ejd. collectanea ad vocabularium Pálico-Danicum. (No. 65. M. R.)
19. Ejd. excerpta de literis Pálicis et Singhalensibus, una cum fragmentis descriptis. (No. 81. 82. M. R.)
20. Ejd. collectanea ad grammaticam Eluicam. (No. 78. M. R.)
21. Ejd. collectanea ad grammaticam Singhalensem. (No. 79 M. R.)

22. Fragmentum grammaticæ Singhalensis, Anglica lingua compositæ. (olim No. 24. chart. collect Raskii.)

23. Raskii collectanea ad vocabularium Singhalense. (No. 80. M. R.)

24. Libri Singhalensis Rájávaliya interpretationis Anglicæ fragmentum. (No. 83. M. R.)

---

25. Ignoti grammatica Tamulica, lingua Danica composita. (e codd. Fuglsangii.)

26. Ignoti grammatica Tamulica, lingua Batava conscripta. (olim No. 5. chart. collect. Rask.)

27. Raskii collectanea ad grammaticam Tamulicam. (No. 73. M. R.)

28. Fuglsangii collectanea ad grammaticam Tamulicam.

29. Raskii excerpta de literis Tamulicis. (No. 74. M. R.)

30. Fuglsangii varia de literis Tamulicis.

31. Ejd. Terunda Sorens Historie oversat af Malebarisk ɔ: interpretatio Danica historiæ Terunda-Soren.

32. Ejd. libri Terunda Soren et Kapilai ad verbum expressi, una cum epistolis variis.

33. Ejd. interpretatio Danica historiæ Arissandirän.

34. Ejd. interpretationis Danicæ libri Pañsa-tandiræ fragmentum.

35. Ejd. interpretatio Anglica libri Kapilaivásagam.

36. Ejd. interpretatio danica libri Ulaga-nidi.

37. Ejd. Vayittiya-siraddi-sintamánis interpretationes duæ, altera Danica, altera Anglica.

---

38. Raskii collectanea ad grammaticam Telinganam. (No. 75. M. R).

39. Ejd. collectanea ad grammaticam Canarensem. (No. 71. M. R).

40. Ejd. annotationes de lingua Mahrattica. (No. 72. M. R.)

41. Ejd. annotationes de lingua Gujarática. (No. 70. M. R.)

42. Ejd. annotationes de lingua Hindustanica. (No. 69. M. R.)

43. Ejd. annotationes de variis linguis Indicis. (No. 76. M. R.)

---

44. Ignoti *(Judson?)* grammatica Barmanica, lingua Anglica conscripta. (olim No. 19 chart. collect. Rask.)

45. Raskii dissertatio de lingua Malayica. (No. 85. M. R.)

46. Ejd. dissertatio de linguis australibus, cum vocabulario Tahitico. (No. 87. M. R.)

47. Ejd. vocabularium linguæ Magindanæ. (No. 86 M. R.)

48. Joh. Kinkeri literæ, episcopo Müntero datæ, de alphabeto Bhattano. 1815-17.

CODICES ORIENTALES
BIBLIOTHECÆ UNIVERSITATIS
HAVNIENSIS.

I. CODICES INDICI.

1. Codices Sanscriti.

I.

Virát-parva
(e donat. Wallich.)

Codex folia 74 chartæ Indicæ continens, quinos denos digitos longa. Paginæ scriptura Bengalica exaratæ denas lineas habent.

In codice inest *Virát-parva* (विराट्पर्वन्) sive quartus liber carminis Mahábháratæ notissimi. Codex noster non raro ab editione Calcuttensi discrepat.

II.

Káçíkhanda Skandhapuránæ
(e donat. Wallich.)

Codex folia 338 chartæ Indicæ continens, digitos vicenos et dimidium longa; paginæ, scriptura Bengalica exaratæ, plerumque septenas lineas habent.

Codex continet Skandhapuránæ partem, quæ *Káçikhanda* inscribitur; constat centum capitibus (अध्याय), quorum ultimum अनुक्रमणिकाध्यायः est. (Mackenzie collect. I. p. 52).

III.

Çiva-purána
(e donat. Wallich.)

Codex folia 144 chartæ Indicæ continens, senos denos digitos longa; paginæ, pulchra scriptura Bengalica exaratæ, octonas lineas habent.

In codice inest *Çiva-purána* (शिवपुराण). historia Çivæ, quam Sanatkumára Vyása viro sapienti retulisse traditur. Constat 56 capitibus, quorum primum fol. 2 r. l. 7. finitur; 2. fol. 5 v. l. 4. — 3. द्वीपवर्णन fol. 9. r. l. 4. — 4. 5. fol. 15 v. l. 6. — 6-9. ब्रह्मगीता fol. 24. r. l. 1. 10-11. शिवपुरवर्णनं fol. 29 v. l. 6. — 12 शिवमाहात्म्यं fol. 30 v. l. 4. — 13 विशेषणमहेश्वरसंवादः fol. 33 v. l. 6. — 14. शिवलिंगार्चनविधिः fol. 39 v. l. 1. — 15. स्थानमाहात्म्यं fol. 41 v. l. 1. — 16. गुह्याख्यानं fol. 42 r. l. 5. — 17. महेश्वरदर्शन fol. 43 v. l. 8. — 18-22. लिंगोत्सव fol. 60 v. l. 5. — 23-24. नाना-भ्यनोविधि fol 64 v. l. 8. — 25. दानधर्मविधि fol. 69 r. l. 2. — 26. व्रतवर्णन fol. 72 r. l. 7. — 27. नियमोपदेशः fol. 76 r. l. 1. — 28. चन्द्रजन्म-कीर्तन fol. 77. v. l. 8. — 29-30. लिंगार्चनफलं fol. 84 v. l. 2. — 31-32. नन्दीश्वरयोगाख्यानं fol. 89 v. l. 5. — 33. योगोपनिषत् fol. 91 r. l. 5. — 34-41. दुर्वासोपनिषत् fol. 97 r. l. 4. — 42. नाडीसञ्चारः fol. 99 r. l. 4. — 43. अविमुक्तमाहात्म्य fol. 100 v. l. 3. — 44. दन्तपाणिप्रदान fol. 105 r. l. 4. — 45-50. नन्द्युपाख्यान fol. 120 v. l. 8. — 51. नीलकण्ठस्तवः fol. 126 v. l. 3. — 52-54. त्रिपुरवधोपाख्यानं fol. 138 v. l. 4. — 55. योगविधि fol. 141 r. l. 1. — 56. finitur fol. 144 v. l. 3. in verbis इति श्रीशिवपुराणं समाप्तं ॥ ५६ ॥ *).

*) Cfr. Vishnu-Purána, translated by H. H. Wilson. p. LVI.

IV.

Çrí-Maḫimnaḥ stava
(e donat. Wallich.)

Codex folia duodecim chartæ Indicæ continens, digitos quinos denos et dimidium longa; paginæ rudi scriptura Bengalica exaratæ, aliæ alium numerum linearum habent.

Codice continetur hymnus, *Çrí-maḫimnaḥ stava* (श्रीमहिम्नः स्तव) inscriptus, quo magnitudo Çivæ celebratur; constat triginta duobus versibus, qui commentario verboso (श्रीमहिम्नः स्तवस्य टीका) explicantur. Neque scriptoris hymni neque commentarii nomen exstat. Scriba ad calcem addidit verba: लिखितं श्री पंचाननशर्म्मा (sic).

V.

Hitopadeça
(e donat. Wallich.)

Codex folia 98 chartæ Indicæ continens, digitos undenos et dimidium longa; paginæ, scriptura Bengalica exaratæ, septenas lineas habent.

Codex librum notissimum *Hitopadeçam* continens, tribus partibus constat, quarum duæ primæ pulchra scriptura satis accurate descriptæ sunt; prima pars foliis 1-46 constat; altera, folia 47-71 continens, finitur in syllabis जसु (edit. Bonnens. p. 102, l. 5); duæ quæ sequuntur syllabæ स्थित omissæ sunt, et a syllabis मभूमिं incipit tertia pars, quæ, reliqua folia (72-98) explens et recentiore tempore rudi scriptura exarata, valde ab editione Bonnensi discrepat.

VI.

Sinḫásana-dvátrinçatiká
(e donat. Wallich.)

Codex folia 47 chartæ Indicæ continens, digitos ternos denos longa; paginæ, scriptura Bengalica exaratæ, senas lineas habent.

In codice inest liber, qui *Sinḫásana-drátrinçatiká* (सिंहासन-द्वात्रिंशतिका) inscribitur, sive triginta duarum fabularum (कथन) collectio, quæ *Vararući* adscribitur (इति श्रीवररुचिविरचितायां सिंहासनद्वात्रिंशतिकायां प्रथमकथनं f. 13 r. l. 1.: इति श्रीवररुचिविरचिताः सिंहासनद्वात्रिंशतिकाः कथाः समाप्ताः)

VII.

Braḫma-sútra cætt.
(Cod. compact. No. 1.; e donat. Wallich.)

Codex chartæ Indicæ, Europæo more compactus, formæ maximæ, paginis 188 constat, quæ scriptura Devanágara exaratæ, vicenas octonas lineas habent.

In codice duo libri insunt; prior paginas 1-10 explens, *Braḫma-sútra-páṭha* est*), qui *Kṛṣṇa-dvaipáyanæ* sive *Vyásæ* adscribitur. Continet de philosophia Vedáṇtæ 552 decreta, in quatuor sectiones (अध्याय) distributa, quæ quaternis capitibus (पाद) constant.

Sequitur (pag. 11.) commentarius, *Çáríraka-mímánsá-bháṣya* inscriptus et a *Rámánuja* **) compositus (श्रीभगवद्रामानुजविरचित-शारीरकमीमांसाभाष्यं); caret vero codex noster prima parte, quæ primam sectionem explicat: reliquæ sectiones finiuntur: 2. pag. 91 l. 22. — 3. pag. 160. l. 6. — 4. pag. 188.

VIII.

Dáyabhága
(e donat. Wallich.)

Codex chartæ Indicæ, folia 74 continens, digitos quaternos denos et dimidium longa; paginæ, scriptura Bengalica exaratæ, plerumque senas lineas habent.

In codice inest liber de hæreditatibus, *Dáyabhága* (दायभाग) inscriptus, qui est e

---

*) Cfr. Colebrooke Miscellaneous essays. vol. I. p. 327 sqq.

**) ibid. vol. 1. p. 331.

partibus codicis *Dharmarátna* (धर्मरत्न) inscripti, in quem *Jímúta-váḩana* leges Indicas congessit *).

IX.

Dáyatatva
(e donat. Wallich.)

Codex folia 28 chartæ Indicæ continens, digitos quaternos denos et dimidium longa; paginæ, scriptura Bengalica exaratæ, senas lineas habent; in margine breves notæ adscriptæ sunt.

Codice continentur leges Indicæ de hæreditatibus a *Raghunandana-bhaṭṭáćárya*, filio *Hariḩara-bhaṭṭáćáryæ*, in compendium, *Dáyatatva* inscriptum, redactæ. (इति श्रीरघुनन्दनभट्टाचार्यविरचितं दायतत्त्वं).

X.

Áḩnika-tatva
(e donat. Wallich.)

Codex folia 140 chartæ Indicæ continens, digitos ternos denos et dimidium longa; paginæ, rudi scriptura Bengalica exaratæ, senas lineas habent. Ad calcem tria aliena folia exstant.

Codice continetur liber de cæremoniis quotidianis, quem, *Áḩnika-tatva* inscriptum, *Raghunandana* composuit (cfr. cod. No. IX); finitur enim in verbis: इति वन्द्यघटीयहरिहरभट्टाचार्यात्मज - श्रीरघुनन्दनभट्टाचार्यविरचितं आह्निकतत्त्वं समाप्तं.

XI.

Tithitatva
(e donat. Wallich.)

Codex folia 151 chartæ Indicæ continens, denos senos digitos longa; paginæ scriptura Bengalica exaratæ, senas lineas habent.

Codice continetur liber de diebus lunaribus, *Tithi-tatva* inscriptus et ab eodem *Raghu-nandana* compositus; finitur in hisce verbis: इति श्रीहरिहरभट्टाचार्यात्मज वन्द्यघटीय श्रीरघुनन्दनभट्टाचार्यविरचितं स्मृतितत्त्वे तिथितत्त्वं समाप्तं: videtur igitur esse pars majoris operis, quod *Smṙti-tatva* inscribitur.

XII.

Jyotis-tatva
(e donat. Wallich.)

Codex folia 117 chartæ Indicæ, quaternos denos digitos longa: paginæ, Bengalica scriptura exaratæ, novenas lineas habent.

In codice inest liber *Jyotis-tatva* inscriptus, quem idem *Raghunandana* composuit (cfr. No. IX.); finitur in hisce verbis: इति वन्द्यघटीयहरिहरभट्टाचार्यात्मज-श्रीरघुनन्दनभट्टाचार्यविरचितं ज्योतिस्तत्त्वं समाप्तं Codex descriptus est anno Çákæ 1741 (ɔ: anno D. 1819).

XIII.

Tantra-sára
(e donat. Wallich.)

Codex folia 205 chartæ Indicæ continens, vicenos singulos digitos longa; paginæ, pulchra scriptura Bengalica exaratæ, denas lineas habent.

In codice inest liber *Tantra-sára* inscriptus, quem de cæremoniis sacris conscripsit *Kṙṣnánanda-bhaṭṭáćárya;* finitur enim in hisce verbis: इति श्रीमहामहोपाध्यायकृष्णानन्दभट्टाचार्यविरचितस्तन्त्रसारः समाप्तः ।

XIV.

Çáktánanda-tarangiṇí
(e donat. Wallich.)

Codex folia 103 chartæ Indicæ continens, quaternos denos digitos longa; paginæ

---

*) Colebrooke Digest of Hindu law. vol. I. p. XVI.

scriptura Bengalica exaratæ, octonas lineas habent.

Codice continetur liber de cæremoniis saeris et mysticis, *Çáktánanda-tarangini* (शाक्तानन्दतरंगिनी) inscriptus, qui octodecim capitibus, उल्लास dictis, constat. Nomen scriptoris non exstat.

XV.

Supadma
(e donat. Wallich.)

Codex more Indico compactus, folia 216 chartæ Indicæ continet, digitos denos senos et dimidium longa; paginæ, scriptura Bengalica exaratæ, senas lineas habent.

Codice continetur grammatica Sanscrita, *Supadma*, a *Padmanábhadatta* conscripta, quæ commentario *Niçamiçræ* illustratur. Grammatica Supadma quinque sectionibus (अध्याय) constat, quaterna capita (पाद) continentibus, quæ sunt: (1) संज्ञा, सन्धि, प. णः — (2) कारक, विभक्ति. सुप. सर्वनामः — (3) सन्. ङित् पद, अट; — (4) कृत्. उणादयः. समासः, अलुक्; — (5) वृद्धि. स्त्री. शेष, मधु.

XVI.

Mugdhabodha
(No. 2. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex formæ quaternariæ minoris, Europæo more compactus, constat 239 paginis chartæ Indicæ, quæ, Bengalica scriptura exaratæ, octonas denas lineas habent.

Codice continetur Vopadevæ grammatica, *Mugdhabodha* inscripta. Codici quatuor folia aliena præposita sunt.

XVII.

Subodhá
(e donat. Wallich.)

Codex mancus, folia 126 chartæ Indicæ continens, digitos octonos denos et dimidium longa; paginæ, Bengalica scriptura exaratæ, octonas lineas habent.

Codice continetur commentarius, *Subodhá* (सुबोधा) inscriptus, in grammaticam Mugdhabodham a *Durgádása-vidyávágiça* compositus. Liber mancus in regula 56 capitis, तद्धित inscripti, explicanda finitur.

XVIII.

Çabdaçakti-prakáçiká
(e donat. Wallich.)

Codex in fine mancus, folia 125 chartæ Indicæ continens, digitos ternos denos et dimidium longa; paginæ, scriptura Bengalica exaratæ, septenas lineas habent.

Codice continetur liber argumenti grammatici, qui *Çabdaçakti-prakáçiká* (शब्दशक्तिप्रकाशिका) inscribitur. Nomen scriptoris non exstat.

XIX.

Amara-koṣa
(No. 3. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex Europæo more compactus, formæ quaternariæ majoris, constat 240 paginis chartæ Indicæ, quæ scriptura Bengalica exaratæ sunt.

In codice inest vocabularium *Amarasinhæ* notissimum, quod *Amara-kosa* inscribitur. Hic et illic breves notæ super lineas adscriptæ sunt.

XX.

Vocabularia
(No. 4. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex Europæo more compactus, constat 47 paginis chartæ Indicæ et formæ maximæ; paginæ, scriptura Devanágara exaratæ, senas denas lineas habent.

Codex quatuor vocabularia continet, quorum primum, triginta paginas explens, *Ratnamálá* (रत्नमाला) inscribitur et index est medicaminum, quem *Rájavallava* quidam conscripsit. Sequitur (p. 31.) *Çabda-prakáçika-dvirúpa-koṣa* sive collectio vocum, quæ duas formas habent, velut अराति et आराति, श्रय et श्राय; finitur pag. 36. lin. 12, et excipitur a *Sárasvatábhidhánu*, in quo libello *Bhávapáda* quidam voces enumerat, quæ idem significant; libellus pag. 38. lin. 8. finitur. Vocabularium ultimum *Nánártha-dhvani-mañjari* est, in quo *Gadu-sinha* voces collegit, quarum potestas multiplex est, velut: हरिरिन्द्रो हरिर्भानु हरिविष्णु हरि मरुत् (sic) cætt. Ultima pagina scriptura Bengalica exarata est.

XXI.

Vásaná-bháṣya

(No. 5. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex Europæo more compactus, constat 186 paginis, chartæ Indicæ, formæ maximæ. Scriptura Devanágara exaratæ paginæ vicenas octonas lineas habent.

Codex continet annotationes sive commentarium *Vásaná-bháṣya* (वासनाभाष्य) inscriptum, quem in librum suum, *Siddhánta-çiromani*, ipse *Bháskara-ácárya* (भास्कराचार्य) conscripsit.

XXII-XXIV.

Suçruta

(No. 6—8. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Tres codices continent systema medicinæ, *Suçruta* inscriptum, quod *Dhanvantari* docuisse, discipulus *Suçruta* conscripsisse traditur. Codices chartæ Indicæ, Europæo more compacti sunt, formæ maximæ; paginæ, scriptura Devanágara exaratæ, vicenas octonas lineas habent.

Codice No. XXII. continetur *Suçruta-sthána*, prima Suçrutæ sectio, quæ 139 paginas explet.

Codex No. XXIII. incipit a *Nidána-sthána*, secunda Suçrutæ sectione, quæ quindecim folia explet; sequitur quinta sectio, *Kalpa-sthána* inscripta, quæ 29 paginis constat. Reliquam codicis partem occupat quarta Suçrutæ sectio sive *Ćikitsá-sthaná*, quæ foliis 73 absolvitur.

Codex No. XXIV., qui 127 paginas constat, ultimam Suçrutæ sectionem, *Uttara-tantra* inscriptam, continet.

Deest igitur tertia libri Suçrutæ sectio, quæ *Çárira-sthána* inscribitur.

XXV.

Vágbhaṭae epitome

(No. 9. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex formæ maximæ, Europæo more compactus, constat 288 paginis, chartæ Indicæ, quæ scriptura Bengalica exaratæ, tricenas ternas lineas habent.

In codice duo libri insunt, quorum prior epitome est libri Suçrutæ, quam *Vágbhaṭa*, filius *Sinhaguptæ*, composuit; finiuntur enim sex, quibus constat, sectiones in hisce verbis: इति श्रीवैद्यपतिसिंहगुप्तसूनोर्वाग्भटस्य कृतौ (s. त्रिरचितायां) अष्टांगहृदयसंहितायां cætt.

Sectiones sunt hæ:

1. Sútra-sthána. 30 capp., pag. 53.
2. Çárira-sthána. 6 capp., pag. 76.
3. Nidána-sthána. 16 capp., pag. 106.
4. Ćikitsá-sthána. 22 capp.: pag. 175.
5. Kalpa-sthána. 6 capp., pag. 187.
6. Uttara-tantra. 40 capp., pag. 273.

Paginæ 274 et 275 a scriptura vacuæ sunt; reliquas tredecim paginas (276-288) explet libellus, *Kalpa-sthána* inscriptus, qui finitur in hisce verbis: अग्निवेशकृते तन्त्रे दृढबलयुक्तिसंस्कृते कल्पस्थानं समाप्तमिति.

XXVI.

Nibandha-sangraḫa et Rasamañjari
(No. 10 codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex formæ maximæ, Europæo more compactus, constat 152 paginis chartæ Indicæ, quæ scriptura Devanágara exaratæ, vicenas senas lineas habent.

In codice duo libri insunt, quorum prior de anatomia (शारीरस्थान) pars tertia est libri, *Nibandha-sangraḫa* inscripti, a medico *Dallaṇa* compositi; finitur pag. 108 in verbis hisce: इति भिषग्वर श्रीउल्लणविरचित निबन्धसंग्रहे शारीरस्थानं तृतीयं समाप्तमिति ॥

Alter liber, qui de pharmacia est, *Rasamañjari* inscribitur, et a *Çálinátha*, filio *Vaidyanáthæ* compositus est (इति श्रीवैद्यनाथपुत्र शालिनाथविरचिता रसमञ्जरी): decem sectionibus (अध्याय) constat, et postremas 44 codicis paginas explet.

XXVII.

Roǵá-nirṇaya
(No. 11. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex Europæo more compactus, formæ maximæ, chartæ Indicæ, constat 50 paginis, scriptura Bengalica exaratis, quarum priores 32 plerumque tricenas senas lineas habent, reliquæ vero plerumque vicenas septenas.

In codice inest liber, *Roganidána* sive *Roga-nirṇaya*, quem de propriis morborum notis *Mádhavakara* conscripsit. Liber 1476 distichis sive çlokis constat et in verbis: इति श्रीमाधवकररचितरोगनिर्णयः finitur.

XXVIII.

Ratnávali
(No. 12 codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex Europæo more compactus, formæ maximæ, ut nunc est, constat 276 paginis chartæ Indicæ, quæ, scriptura Bengalica exaratæ, tricenas lineas habent.

Codice continetur liber de morbis eorumque propriis notis; in fine mancus est; titulus vero *Ratnávali* omnibus paginis superscriptus est.

XXIX.

Sárakaumudi
(No. 13. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex formæ maximæ, Europæo more compactus, constat 95 paginis chartæ Indicæ, quæ, scriptura Bengalica exaratæ, plerumque tricenas quaternas lineas habent.

Codice continetur liber de morbis eorumque curationibus, qui *Sárakaumudi* (सारकौमुदी) inscriptus, 3285 disticha continere dicitur (त्रिसहस्रद्विशतपंचाशीति श्लोकानि). Nomen scriptoris non exstat.

XXX.

Ćakradatta-sarva-sára-sangraḫa
(No. 14. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex formæ maximæ, Europæo more compactus, constat 239 paginis chartæ Indicæ, quarum 1-124 scriptura Bengalica, reliquæ (125-239) Devanágara exaratæ sunt: paginæ prioris partis vicenas quinas, posterioris vero vicenas octonas lineas habent.

In codice inest liber de morbis eorumque curationibus, qui *Ćakradatta-sarva-sára sangraḫa* inscribitur. Ćakradatta nomen scriptoris esse videtur.

XXXI. XXXII.

Bháva-prakáça
(No. 15. 16. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Duo codices chartæ Indicæ, formæ maximæ, Europæo more compacti, librum *Bhava-*

prakáça (भावप्रकाश) inscriptum continent, quem de anatomia, physiologia, nosologia conscripsit *Miçrabháva*, filius *Miçralaṭakanæ* (इति श्रीमिश्रलटकनतनयश्रीमिश्रभावविरचितो भावप्रकाशः)

In codice No. XXXI. inest prior libri pars, पूर्वखण्ड, paginas 187 explens, quæ scriptura Bengalica exaratæ tricenas quaternas lineas habent. Posterior pars, उत्तरखण्ड, continetur codice No. XXXII. signato, qui 372 paginis constat, quæ scriptura Devanágara exaratæ, vicenas octonas lineas habent.

XXXIII.

Rasendra

(No. 17. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex formæ quaternariæ, chartæ Indicæ, Europæo more compactus, 128 paginis constat, quæ, scriptura Bengalica exaratæ, vicenas quaternas lineas habent.

Codice continetur liber de pharmacia, qui *Rasendra* (रसेन्द्र) inscribitur; nomen scriptoris non exstat.

XXXIV.

Nánaușadha-pariććheda cætt.

(No. 18. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex chartæ Indicæ, formæ maximæ, Europæo more compactus, scriptura Bengalica exaratus, quatuor continet libellos, quorum primus, tricenas paginas explens, *Nánaușadha-pariććheda* est, quem de virtutibus herbarum medicinalium composuit *Náráyaṇa-dása* (श्रीनारायणदासस्य कविराजस्य धीमतो नानौषधपरिच्छेदः समाप्तः). Hunc excipit libellus, नाडीप्रकाश, a *Çaukara-sena* de venis conscriptus; desinit in pagina nona, sed in fine mancus est. Sequitur alius de venis libellus, eodem nomine नाडीप्रकाश inscriptus, qui *Góvindæ* tribuitur. Ultimus libellus, octo paginas explens, *Ćikitsá-paribhásá* est, a *Náráyaṇa-dása* conscriptus.

XXXV.

Pathyápathya-vibodhaka

(No. 19. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex chartæ Indicæ, formæ maximæ, Europæo more compactus, continet 122 folia, scriptura Devanágara a tribus deinceps scribis exarata; paginæ aut 20nas, aut 22nas, aut 26nas lineas habent.

Codice continetur liber de materia medica Indorum, qui *Pathyápathya-vibodhaka* inscribitur, et a *Vaidyakeya* compositus est (इति श्रीवैद्यकेयवैद्यविरचितः पथ्यापथ्यविबोधकः). Liber octo sectionibus (वर्ग) constat. In versibus introductoriis scriptor se esse filium *Sárangæ* et nepotem *Padmanábhæ* e gente *Bháradvájæ* orti, dicit.

XXXVI.

Dhanvantari-nirghaṇṭa et Pathyápathya-vidhána

(No. 20. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex chartæ Indicæ, formæ maximæ, Europæo more compactus et scriptura Bengalica exaratus, duos continet libros de materia medica Indorum; quorum prior *Dhanvantari-nirghaṇṭa* (धन्वन्तरिनिर्घण्ट) inscribitur, qui 71 paginis constat. Alter liber, qui paginas 29 explet, *Pathyápathya-vidhána* (पथ्यापथ्यविधान) inscribitur. Nomina scriptorum non exstant.

XXXVII.

Nirghaṇṭa-rája

(No. 21. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Codex formæ maximæ, Europæo more compactus, constat 258 paginis chartæ In-

dicæ, quæ scriptura Bengalica exaratæ duodetricenas lineas habent.

Codice continetur liber de materia medica, *Nirghaṇṭa-rája* sive *Rája-nirghanta* inscriptus, quem medicus *Narahari* composuit. (इति वैद्यराजनरहरिपण्डितविरचिते निर्घण्टराजापरनामधेयवति (s. नाम्नि) अभिधानचूडामणौ cætt.) Liber in septendecim capita (वर्ग) divisus est.

---

2. Codex Bengalicus

(No. 22. codd. compact.; e donat. Wallich.)

Vocabularium parvum Lusitano-Bengalicum, constat 339 paginis formæ quaternariæ.

---

3. Codices Pálici.

I.

Kammavácá.

Codex splendidissimus, duodecim folia palmea continens, auro colorata et lacca obducta, vicenos singulos digitos longa; quæ literis Barmanicis signata et quadrata scriptura Barmanica exarata sunt. Paginæ quinas lineas habent.

Codice continentur libri *Kammavácá* inscripti (cfr. pag. 20) duo capita, primum et quartum; quorum prius fol. 10. r. l. 1. finitur. Titulus non est subscriptus.

II.

Kammavácá.

Codex quindecim folia palmea continens, argenteo colore et lacca obducta, digitos vicenos et dimidium longa, literis Barmanicis signata et quadrata scriptura Barmanica exarata; paginæ quaternas lineas habent.

In codice insunt eadem duo capita, primum et quartum, libri *Kammavácá* inscripti, quorum prius fol. 11. v. l. 1. finitur. Titulus omissus est.

III.

Kammavácá.

Codex, ut nunc est, quatuor folia palmea continet, auro colorata et lacca obducta, digitos vicenos et dimidium longa; paginæ, quadrata scriptura Barmanica exaratæ, quinas lineas habent.

Codice continentur libri *Kammavácæ* duo capita, secundum et tertium, quæ F. Spiegel, vir doct., edidit*); a qua editione codex noster quum in singulis verbis, tum in totis sententiis plurimum variat, et finitur in hisce verbis सीमासमुतिकम्मवाचा निट्ठिता. Codex primo folio caret, et primum, quod exstat, folium ab his verbis incipit: सुणातु मे भन्ते संघो, यो सो संघेन तिचीवरेन cætt.; secundum caput fol. 2. l. 3 finitur.

IV.

Atthasáliní.

Codex folia 394 palmarum continens, digitos undevicenos et dimidium longa; paginæ scriptura Barmanica exaratæ, denas lineas habent.

In codice inest commentarius Pálicus in Dhammasanginim, qui *Atthasalini Dhammasangahakathá* quidem inscribitur (अत्थसालिनिया... धम्मसंगहट्ठकथाय.... कामावचरकुसलनिद्देसो.... समत्तो... चिरं तिट्ठतु सासनं), multum tamen variat ab illo commentario, qui a *Buddhaghosa* compositus pag. 44. exhibetur. Singulæ sententiæ et voces interpretatione Barmanica illustrantur.

---

*) In libro, qui Anecdota Pálica inscribitur, pagg. 68—70.

V.

Sambandha-ćintá.

Codex folia 59 palmarum continens, undevicenos digitos longa; paginæ, scriptura Barmanica exaratæ, octonas lineas habent.

In codice duo libelli insunt; quorum prior, qui decem folia (क-की) continet, Pálicus est, *Sambhandha-ćintá* inscriptus et a *Sangha-rakkhita* quodam compositus (इति संघरक्खितनतासागिविरचित (sic) सम्वन्धचिन्ता समत्ता); alter commentarius est in eundem libellum Barmanicus, qui cætera folia (कं-ङं) explet.

VI.

Grammatica Pálica.

Duo fragmenta libri Pálici, quorum folia palmea digitos octonos denos et dimidium longa sunt; paginæ, scriptura Barmanica exaratæ, octonas lineas habent.

Prius fragmentum, 19 folia (क-खे) continens, de nominibus est; incipit a verbis hisce: जिनवचनयुत्तति । जिनवचनयुत्तंति इच्चेतं अधिकारत्यं वेदितव्वं । लिंगंच निपच्चते cætt.; alterum, quod folia undecim (चै-छू) explet, est de affixis कित् et उणादि dictis, et a verbis hisce incipit: कत्तरि कित । कत्तरि इच्चेतस्मिं अत्थे कितपच्चया होन्ति cætt.

VII.

Libellus grammaticus.

Codex folia septendecim palmea continens, digitos undevicenos longa et literis Barmanicis क-खु signata; paginæ, scriptura Barmanica exaratæ, octonas lineas habent.

Codice continetur libellus Pálicus de affixis *taddhita* dictis.

---

4. Codices Barmanici.

I.

Codex palmeus duos libellos Barmanicos, continet, quorum prior 29 folia literis क-गु signata habet, et posterior novem, literis क-की signata. Folia duodevicenos digitos longa sunt; paginæ octonas lineas habent.

II.

Duæ partes libri Barmanici, qui interpretationem Pálici libri *Játakæ* continere videtur. Prior 45 folia, literis उचो-च्यु (nr. 549-593) signata, habet; altera vero, in cujus tegumento hæc verba V*esantarápalinissayu* adscripta sunt, folia 50, literis स्यि-क्री (No. 747-796) signata, continet. Folia undevicenos digitos longa sunt; paginæque plerumque septenas lineas habent.

III.

Quinque alicujus libri Barmanici fasciculi, qui vicena quaterna folia continent, ita ut singuli fasciculi numeros binarum literarum expleant. Folia vicenos digitos longa sunt, paginæque octonas lineas habent. Omnes fasciculi hæc verba: *trái pálihaićót* in tegumento adscripta exhibent, quibus additur numerus fasciculi: *pañćama* (folia literis ञ et ञ signata continentis), *sattama* (litt. ड et ढ), *aṭṭhama* (litt. ण et त), *navama* (litt. प et ट), *terasa* (litt. म et य).

IV-VII.

Quatuor fragmenta quatuor librorum Barmanicorum.

Nr. IV. posterior cujusdam libri pars, folia 113 palmarum continens, quæ literis मा-र et रौ-ल्या signata, undevicenos digitos longa sunt; paginæ octonas lineas habent.

Nr. V. foliis 103 palmeis constat, quæ digitos undevicenos et dimidium longa, literis घृ-ह्वि et ह्वो-ढु signantur; paginæ octonas lineas habent.

Nr. VI. 48 folia palmea continet, digitos undevieenos et dimidium longa, literis फ-यौ signata; paginæ octonas lineas habent.

Nr. VII. tribus foliis palmeis constat, undevicenos digitos longa, quorum duo literis डं et डः signantur, tertium litera प; paginæ octonas lineas habent.

---

5. Codices Tamulici.

I.

Codex folia 375 palmarum continens, senos denos digitos longa, quorum paginæ plerumque novenas lineas habent. Codice continentur duo primi libri carminis *Rámáyaṇæ* Tamulice redditi.

II.

Codex folia 61 palmarum continens, duodenos digitos longa, quorum paginæ quinas lineas habent. In codice inest parva narratio de Vayitiyanáda quodam, quæ *Vayitiyanáda-ssuvaḍi* inscribitur.

III.

Codex folia 113 palmarum continens, ternos denos digitos longa, quorum paginæ quinas aut quaternas lineas habent. Codice continentur varii hymni et carmina in honorem dei Çivæ composita.

IV. V.

Codex nr. IV. folia quinque palmarum continens, digitos quaternos denos et dimidium longa, quorum paginæ quinas lineas habent. Continetur codice collectio sententiarum moralium, *Ulaga-nidi*, una cum explicatione earum. Librum *Ulaga-nidi* Germanice interpretatus est Bartholomæus Ziegenbalg (Trankebariæ 1768) in codice chartaceo formæ octonariæ, qui No. V. signatus est.

VI.

(e donat. Rehling.)

Codex folia 88 palmarum continens, octonos digitos longa, quorum paginæ senas aut septenas lineas habent; constat duobus libris, quorum prior est *Agastiyär-ñánam-núṙu*, quo continentur centum versus varii argumenti, qui *Agastyæ* tribuuntur (cfr. VIII. 2; IX. 6.) In altero libro, qui 50 foliis constat, minora carmina complura insunt.

VII.

(e donat. Rehling.)

Codex folia 63 palmarum continens, digitos octonos longa, quorum paginæ quinas aut senas lineas habent. In codice quatuor libelli insunt, qui inscribuntur:

1. Nan-mánika-suvámiyär-táṙisai. 8. foll. (cfr. IX. 2.)
2. Ñána-kummipáṭṭu. 32 foll. (IX. 1.)
3. Avän ásippadu. 5. foll.
4. Sassutánda-vilakkam. 18 foll. (cfr. IX. 8.)

VIII.

(e donat. Rehling.)

Codex folia 91 palmarum continens, digitos denos et dimidium longa, quorum paginæ senas lineas habent. Codice continentur sex libelli, quorum tituli hi sunt:

1. Agastiyär-sástiram muppadáṙu 13 foll. (IX. 7; X. 2.)
2. Agastiyär-ñánam-núṙu. 36 foll. (VI; IX. 6.)
3. Agastiyär-panireṇḍu. 4 foll. (IX. 5.)

4. Saṭṭaimuniyär-vádam-ñánam. 13 foll. (IX. 3; X. 3. Saṭṭaimuniyän sive Saṭṭamuniyän fuit discipulus Agastyæ.)
5. Devángu kalappam. 3 foll.
6. Varági-agadäl. 8 foll. (cfr. X. 5.)

Ultimum codicis folium de sulphure est.

IX.

(e donat. Rehling.)

Codex folia 88 palmarum continens, digitos denos et dimidium longa, quorum paginæ septenas lineas habent. In codice hi octo insunt libelli:

1. Ňána-kummipáṭṭu. 19 foll. (VII. 2.)
2. Arunagirináda-padal Mánika-vásagär-táṙisai. 4 foll. (cfr. VII. 1.)
3. Saṭṭamuniyär-váda-ñanam. 10 foll. (VIII. 4; X. 3.)
4. Rámadevär-sástiram. 1 fol. (in fine mancus; cfr. X. 4.)
5. Agastiyär-panirenḍu. 3 foll. (VIII. 3.)
6. Agastiyär-ñánam-núṙu. 24 foll. (VI; VIII. 2.
7. Agastiyär-sástiram-muppadáṙu. 11 foll. (VIII. 1; X. 2.)
8. Sassutánda-málai. 16 foll. (cfr. VII. 4.)

X.

(e donat. Rehling.)

Codex folia 81 palmarum continens, octonos digitos longa, quorum paginæ senas lineas habent. In codice septem libelli insunt, quorum tituli sunt:

1. Ňánam. 16 foll.
2. Agastiyär-sástiram-muppadáṙu. 20 foll. (VIII. 1; IX. 7.)
3. Saṭṭamuniyär-ñána-vádam. 19 foll. (VIII. 4; IX. 3.)
4. Rámadevär-sástiram. 6 foll. (IX. 4.)
5. Varági-agaväl-kappiḍu. 5 foll. (cfr. VIII. 6.)
6. Tirurána-pattu-Perumal-tottiram. 7 foll.
7. Abirámi-ammän-porisa. 8 foll.

XI.

Duo folia palmea, vicenos senos digitos longa, in quibus nomina quædam dei Çivæ enumerantur.

XII.

(e donat. Rehling.)

Codex in fine mancus, ut nunc est, folia 26 palmarum continens, digitos undenos et dimidium longa, quorum paginæ senas lineas habent. Liber de cosmogonia est, et pars cujusdam puráṇæ esse videtur.

XIII.

Codex 37 foliis palmeis constat, undenos digitos longis, et continet fastos Tamulicos (*pañsanga*) anni 1734.

Libri a viris christianis conscripti.

A. Codices palmei.

XIV. *Mánika-málai* ɔ: Thomæ de Kempis libri de imititatione Christi pars prima. 1740.

XV. Orationes sacræ, quas primas habuit B. Ziegenbalg in urbe Trankebar.

XVI. Missionarii cujusdam liber religiosus, qui inscribitur: Ňánattile teliñsirukkira-periyavágla-soṇṇaputti.

XVII. Libellus de idolatria Tamulorum.

XVIII. Pericopæ epistolicæ omnibus diebus dominicis et festis legendæ.

XIX. Oratio dominica, Tamulice et Telingane versa.

XX. Preces et hymni christiani. (Donavit Teilmann.)

XXI. Fragmentum catechismi Lutheri et orationis sacræ cujusdam. (Donavit Hohlenberg.)

XXII. Annotationes in epistolam II. ad Corinthios.

XXIII-XXVII. Quinque diaria quinque catechistarum.

XXVIII. Codex accepti et expensi.

XXIX. Quindecim folia, quæ ad varios libros pertinent.

B. Codices chartacei.

XXX. Dictionnaire Français - Tamul. 429. pagg.; fol.

XXXI. Christ. Theod. Walteri phraseologia Tamulo-Arabica. 1727. 4to 49 foll.

XXXII. Ejusdem doctrina temporum Indica. 4to 32 pagg.

6. Codex Telinganus.

Dictionnaire Telougu avec la signification en Français, rangé selon l'ordre de l'alphabet français. 4to 377 pagg.

---

7. Codices Bhattani.

Duo codices lignei e Bhatta in insula Sumatra, quorum alter constat 54 foliis, quaternos digitos longis, quaternos et dimidium latis; alter vero 38 folia continet, octonos digitos lata et senos longa. Folia utriusque codicis conglutinata sunt, et in utraque superficie literis Bhattanis exarata.

II. CODICES IRANICI.

Omnes hi codices chartacei a Raskio in urbe Bombay anno 1820 mandatu universitatis Havniensis coempti sunt.

I.

Vändidád.

Codex formæ quaternariæ, continens exemplar *Vändidád* cum interpretatione Pählvica, vetustissimum sine dubio in orbe terrarum. Codex teste Raskio a Dästure *Jamasp iráni* e Persia allatus est; caret initio et incipit ab his verbis quinti *fargard:* áat yézi ḫe anya agha skyaothna nóit fravarsta (Burnouf Vendidád sadé pag. 185. lin. 16). Restant folia 93-340, pleraque valde læsa, inprimis folia 184-303, quæ vetustate fere soluta, anno 1840 a me in charta pellucida transcripta sunt, quod exemplum No. 2 b. signatum in bibliotheca exstat. Paginæ codicis senas denas lineas habent.

II.

Vändidád

cum interpretatione Pählvica, quem e codice No. I. signato, quum adhuc pæne integer erat, descripsit Dästur *Daráb*, qui tamen complures lacunas in Pählvica interpretatione reliquit. Codex formæ quaternariæ, quum integer erat, 677 paginas continuit, quæ quinas denas lineas habent; desunt nunc paginæ 644-647.

III. a.

Vändidád.

Codex mancus, formæ maximæ, 39 paginis constat, quæ quinas denas lineas habent. Continetur primum *fargard* et major secundi pars libri *Vändidád* cum interpretatione Pählvica, cujus singulis verbis Persica interpretatio subscripta est. Codex finitur in his verbis: áat Yimó .... ćathrusanäm. (Vend. Sade. p. 133. l. 12.)

III. b.

Vändidád.

Codex mancus, formæ maximæ, constat 17 foliis, quæ quinas denas lineas habent. Continet primum *fargard* et secundi initium libri *Vándidád* cum interpretatione Pählvica, cujus singulis verbis (ut in No. IIIa) Persica interpretatio subscripta est. Finitur in verbis his: vaća nämagḫa ... bäräth .. (Burn. V. S. p. 127. l. 6.) Voces Zändicæ rubræ, Pählvicæ et Persicæ nigræ exaratæ sunt.

IV.

Yaçna, Vispäräd, Vistáçp-yäst.

Codex, quaternariæ formæ, constat 230 foliis, quæ quinas denas lineas habent. Con-

tinentur libri *Yaçna* et *Vispäräd* solito more conjuncti, quibus immixtus est libellus *Vistaçp-yäst*, qui octo *fargard* constat, quorum primum fol. 95 incipit. Codex in Persia exaratus est.

V.

Yaçna.

Exemplar *Yaçnæ* maximi momenti quum propter vetustatem, (nam ex annotationibus, Persica et Gujarática, ad calcem codicis adscriptis apparet, anno Samvat 1397 sive anno Yäzdäjird 692 = anno D. 1322 in urbe *Kambayät* e codice, e Persia allato, descriptum esse,) tum quia interpretationem Pählvicam continet, cujus præter hoc, unum tantum exemplum exstare videtur, quod anno 1842 in urbe Yäzd vidi. Noster codex formæ quaternariæ, 328 foliis constat, quorum paginæ septenas denas lineas habent. Folia bene conservata sunt, præter octo folia 70-77, quæ vetustate fere dilapsa anno 1840 a me in charta pellucida transcripta sunt. (Cfr. Anquetil. vol. II. p. 74.)

V b.

Tredecim paginæ formæ octonariæ, vicenas senas lineas continentes, in quibus folia 70-77 codicis No. V. signati, quum dilapsura erant, transcripta sunt.

VI.

Yaçna.

Codex formæ octonariæ majoris, qui 437 foliis constat, continet *Yaçnam* cum interpretatione Sanscrita a *Niriosängh* composita. (Cfr. No. 15.)

VII.

Vispäräd et Qorda-avästa

Codex formæ octonariæ tres libros continet. Primus est *Vispäräd* una cum interpretatione Pählvica, teste Raskio, ante quadringentos annos descriptus.

Alter liber continet septem *Qorda-avästæ* sectiones, Gujarática interpretatione illustratas, quæ sunt: *Qurshid nyáish, Máhn.* et *Átäsh-n; Hormazd-yast, Patit, Doaunám sätáish., afrigán ardáfrävas.* Tertius libellus, Persico sermone compositus, continet quæstiones et responsa de *Parahóma.*

VIII.

Vispäräd.

Codex, formæ quaternariæ minoris, 128 foliis constat, quorum paginæ quaternas denas lineas habent; continet *Vispäräd gähánbár* a Dästure *Kaús* pulchre exaratum.

IX.

Vändidád sádah.

Codex formæ quaternariæ majoris, continet 703 paginas, quæ quinas denas lineas habent. Insunt Yaçna, Vispäräd et Vändidád, solito more mixti et a Dästuribus *Káus* et *Daráb* deinceps pulchre descripti.

X.

Vändidád sádah.

Codex recens, formæ maximæ, foliis 294 constat, quorum paginæ undevicenas lineas habent. Insunt tres libri, Yaçna, Vispäräd, Vändidád, solito more mixti.

XI.

Yaçna, Vispäräd, Sírózah.

Codex aliquantum læsus, formæ quaternariæ, 317 foliis constat, quorum paginæ ternas denas lineas habent; continet *Yaçna, Vispäräd gähánbár* et *Sírózah;* descriptus est anno D. 1647 (a. Yazdäjird 1016, Samvat 1703).

XII.

Qorda-Ávästa.

Codex anno Yäzdäjird 1176 (= a. D. 1807) descriptus, formæ quaternariæ majoris, foliis 378 constat, quorum paginæ quinas denas lineas habent. Inest *Qorda-Avästá*, cujus quæ hic inveniuntur sectiones, sunt: *introductio; Niräng-kusti; Sarósh-báj; Hóshbám; 5* Nyáish *(Qurshid, Mihir, Máh, Áwán, Átäsh), Viçpe-ḫumata; Namaskár ćihár-i Dasánó; 5 Gáh (Háwan, Rapithwän, Uzírän, Aiwisrúthräm, Usahäm); 22* yast (1. *Hormazd*, 2. *Haptán*, 3. *Ardibeḫist*. 4. *Qurdád*, 5. *Áwán*, 6. *Qurshíd*, 7. *Máh*, 8. *Tír*, 9. *Gósh*, 10. *Mihir*, 11. *Sarósh*, 12. *Sarósh ráthnam*, 13. *Rasni*, 14. *Farwardín*, 15. *Bahrám*, 16. *Rám*, 17. *Dín*, 18. *Arsashwang*, 19. *Astád*, 20. *Jamyád*, 21. *Hóm*, 22. *Vanant*)*; 4* Patit *(Pashmáni, khút, murdagán, Iráni); 4* Afrigán *(Daḫmán, guthabyo, gahánbár, rápithwan); 6* Afrin *(Rózgár, haft ameshaspant, gahánbár, Rapithwan, myazda, Paigámbar-Zarthust); Niräng bui dádän; Ásírwád-paimáni; Sírózah; Sírózah wará;* complures *Báj*. Codex nonnullis foliis in fine caret.

XIII.

Farwardín-yast.

Codex formæ octonariæ, foliis 51 constat, quorum paginæ senas denas lineas habent. Inest *Farwardín-yast* pulchre exaratus, teste Raskio, a Dästure *Jamasp*.

XIV.

Farwardín-yast.

Codex formæ quaternariæ minoris, continens *Farwardín-yast*, recentiore tempore in India descriptum, foliis 41 constat, quorum paginæ quadragenas binas lineas breves, in tres ordines dispositas, habent.

XV.

Yaçna et Qorda-Avästa.

Codex formæ octonariæ quinque partibus constat. In prima, quæ 39 folia habet, inest fragmentum *Yaçnæ* cum Sanscrita interpretatione *Niriosänghi*. Cæteræ partes continent sectiones quasdam Qorda-avästæ, quæ sunt: *Daḫyán afrigán*, in fine manca, (8 foll.); *Patit-päshmáno* et *Átäsh-nyáish* (45 foll.), omnes tres cum interpretatione Sanscrita; sequitur collectio magna sectionum, quæ *Namaskára* et *Niräng* vocantur, (85 foll.); denique *Tír-yast* (93 foll.).

XVI.

Yasti.

Codex 63 foliis parvis constat, quæ septenas lineas habent. Continentur quinque *Yasti: Bahrám, Qurdád, Dín, Astád, Rám*, recentiore tempore exarati. Astád-yäst illustratus est interpretatione Persica singulis vocibus subscripta.

XVII.

Qorda-Avästa.

Codex formæ octonariæ, anno Samvat 1738 (= a. D. 1682) descriptus, 209 foliis constat, quæ quaternas denas lineas habent. Continet omnes *Báj* (foll. 1-170) et *Barsam* (foll. 171-175) e Qorda-Avästa sumptos, et præterea *Izeshne-räfitwán* in compendium redactum. (cfr. No. 25.)

XVIII.

Qorda-Avästa.

Codex formæ octonariæ, 277 paginis constat, quæ undevicenas lineas habent. Continet, præter minores quasdam *Qorda-Avastæ* sectiones, *Hormazd yast, Sarósh yast ha-*

doqt, *Sirózah* et quinque *Nyáish*; partim cum interpretatione Pählvica, partim cum Persica.

XIX.

Qorda-Avästa.

Codex mancus, ut nunc est, 318 foliis formæ quaternariæ constat, quæ ternas denas lineas habent; caret foliis nonnullis quum in medio libro tum in fine: Continet omnes minores sectiones: *Sirózah*, *Nyaish*, *Báj*, *Pätit*, *Nirang*, *Afrigán*, *Afrin*, *Gáh*, *Namaskára*, quæ ad Qorda-Avästam pertinent.

XIX. b.

Fasciculus continens præter varia fragmenta librorum, duos libellos, alterum *Sirózah* cum interpretatione Persica, alterum 28vum *Ha* libri Yaçnæ, Persicis literis exaratum et Persica interpretatione illustratum.

XX.

Viraf-námah, Bundähäsh cætt.

Codex vetustissimus, teste Raskio, anno Yäzdäjird 700 (= a. D. 1330) in urbe Kambayät a Mihirbán kai Qosrú exaratus. Nunc mutilus et mancus est; caret enim, præter primum folium, compluribus in medio libro et in fine, quæ tunc quoque defuerunt, quum Dästur *Daráb* codicem No. XXI e nostro descripsit; restant 174 folia, formæ octonariæ majoris, quorum paginæ vicenas lineas habent. Codex continet præter *Viráf-námah* et *Bundähäsh*, eadem cætera fragmenta (*Goshpärsán*, vocabularium Zändicum, *Riváyat* Pählvicum cætt.), quæ insunt in codice Parisino (Anquetil. nr. VII.), qui sine dubio e nostro codice descriptus est.

XXI.

Viráf-námah, Bundähäsh cætt.

Codex formæ quaternariæ, 172 foliis constat, quorum paginæ septenas denas lineas habent. Codicem descripsit, teste Raskio, *Dästur Daráb* e codice nr. XX. signato.

XXII.

Minoqäräd, Sarósh-yast.

Codex formæ maximæ, duabus partibus constat. In priore parte, quæ 47 folia continet, quorum paginæ duodevicenas lineas habent, inest liber Pählvicus *Minoqäräd* cum interpretatione Sanscrita *Niriosänghi*. Altera parte, quæ quinque foliis rudi scriptura exaratis constat, continetur *Sarósh-yast hádoqt* cum interpretatione Pählvica.

XXIII.

Minoqäräd.

Codex formæ octonariæ, 168 foliis constat, quorum paginæ quinas denas lineas habent; continet *Minoqäräd* Pázändicum cum interpretatione Gujärática. Codex exaratus est anno Yäzdäjird 1032 sive a. Samvat 1719 (= a. D. 1662.).

XXIV.

Sifat-i-sírózah.

Codex formæ octonariæ majoris, foliis 40 constat, quorum paginæ, pulchra scriptura exaratæ, quinas denas lineas habent; continetur *Sifat-i-sírózah* Pählvico sermone compositus.

XXV.

Sifat-i-sírozah cætt.

Codex formæ quaternariæ minoris, foliis 135 constat, quorum paginæ quaternas denas lineas habent. Codex continet:

1. *Sifat-i-sirózah* (No. XXIV.)
2. *Pählvicum* vocabularium, literis quum Pählvicis tum Zändicis exaratum.
3. *Izeshne rafitwan* in compendium redactum (No. XVII.)
4. *Afrigán rapithwán.*

5. *Afrín i Zärtusht paigambar.*
6. *Sirózah* e Qorda-Avästá.

XXVI.

Viráf-námah cætt.

Codex mancus, ut nunc est, 53 foliis formæ octonariæ constat, quorum paginæ quinas denas lineas habent; ultimum codicis folium 72^{dum} est, desunt folia 1-7, 41-48, 51-54; descriptus est e codice No. XX. signato; folium octavum incipit a verbis codicis No. XX. fol. 5. r. l. 2; folium 72 finitur in verbis codicis No. XX. fol. 37 v. l. 15; continet igitur majorem partem *Viráfnámah* et *Gosh-pärsán.*

XXVII.

Collectio precum.

Codex formæ octonariæ 39 foliis constat, quorum paginæ quinas denas lineas habent; continetur collectio precum, *Niräng, Afrín, Patit,* cætt. quæ Pählvice aut versæ aut compositæ sunt. Codex in fine mancus est.

XXVIII.

Shikän-gumáni.

Codex mancus, formæ octonariæ, ut nunc est, folia 66 continet, quæ sunt: 1-16, 19-22, 25-48, 97-104, 107-110, 115, 118, 121-128. Continetur liber Pählvicus *Shikän-gumáni,* cum explicationibus, altera Pázändica, altera Sanscrita, a *Niriosängh* composita.

XXIX.

Pänd-námah.

Codex mancus, formæ octonariæ, ut nunc est sedecim foliis constat; continet partem quamdam libri Pählvici *Pänd-námah,* una cum interpretatione Persica superscripta lineis Pählvicis, quas novenas paginæ habent.

XXX.

Riváyät.

Codex formæ maximæ, foliis 244 constat; continetur collectio *Riváyatorum,* Persico sermone conscriptorum; Pählvicum *Niräng-dín;* pars libri *Vändidád* (quæ incipit a verbis hisce: yo aeçmo ashava barat çp. Z. urvaçnaváo vá); *Niräng-färin;* vocabularium Pählvicum; alia minora, quum Pählvico tum Persico sermone conscripta.

XXXI-XXXIII.

Tres fasciculi, qui vocabularia Pählvica minora varii generis continent, inter quæ exstat fragmentum vocabularii a Mulla Káus bin Rustäm conscripti (No. 33). Præterea continetur pars vocabularii Persici.

INDEX NOMINUM.

Nomina scriptorum cursiva scriptura expressa sunt. Litera **a** *sinistram, et litera* **b** *dextram paginæ partem indicat.*